This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

39 . 1325.

COMMENTARIUS

IN

EPISTOLAM DIVI PAULI

AD PHILIPPENSES.

CONSCRIPSIT

ARMIN. GUSTAV. HOELEMANNUS,

PHILOS. DOCT. AA. MAG., ILL. GYMNASII SAX. CYGNEENSIS
COLLEGA THEOL. ET ORD.,
NUPER IN ACADEMIA LIPS. DOCTOR PRIVATUS.

LIPSIAE

IMPENSIS LIBRARIAE BAUMGAERTNERIAE.

1839.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

MINISTERII

REGII CELSISSIMI

CULTUM DIVINUM

ET INSTITUTIONES PUBLICAS

PER REGNUM SAXONICUM

GUBERNANTIS

PRAEFECTO

GENEROSISSIMO, ILLUSTRISSIMO, SPLENDIDISSIMO

ET

CONSILIARIIS,

AB ECCLESIAE CONSILIIS INTERIORIBUS,

Perillustribus, Magnificentissimis, Eruditissimis;

DE ECCLESIA

REGIMINE ET EXEMPLO,

LITERIS ET INSTITUTIONIBUS

IMMORTALITER MERENTIBUS,

STUDIORUM SUORUM

PATRONIS

MAXIME INDULGENTIBUS

HOCCE VOLUMEN

SUMME PIA ET GRATISSIMA MENTE

SACRAVIT

OBSERVANTISSIMUS AUCTOR

Armin. Gustav. Hoelemannus.

LECTORIBUS

GRATIAM, SALUTEM, PACEM

PRECATUR

ARMINIUS GUSTAVUS HOELEMANNUS.

Lustrum est, ex quo hi Commentarii partim in almâ Academiâ Lipsiensi partim in Saxoniae, helveticos dicunt, montibus *), quos valetudinis causâ per aestatis et auctumni A.[1] MDCCCXXXIII. aliquot menses adieramus, consignarentur; inde a quo tempore primum academici doctoris Lipsi, deinde eam, in quâ paene ex quadriennio quum maxime versamur, suscepimus provinciam. Ac *Τυτογράφου* quidem —, praeterquam quod gravissimâ nervorum affectione, ut est inf. Cp. 2. vs. 27. de Epaphrodito, *ἠσθένησαμεν παραπλήσιον θανάτῳ (ἀλλ' ὁ θεὸς ἡμᾶς ἠλέησεν)*, quae opus formis describendum aliquantum interpellavit, — maxime rationes in causis exstiterunt, quod, antequam publice prodiret, volumen certe per dimidium *novem annorum*, quos Venusinus poëta premendis **) libris commendat, spatium prelo *premeretur*. Quam quidem moram, quamvis molestam, ideo minus aegre tulimus, quia sic maximeque inde paulo pluribus numeris absolutus liber evasit, quod, quae intra hoc tempus incrementa cepit tum universa sacra tum Epistolae ad Philippenses datae explicatio, ea jam

*) Atque ibi quidem solitum est opus (nisi quod ejus auctor aliquoties et Schandaviensi et Papapaganae et Reinhardopaganae Ecclesiis Verbum Vitae vivâ voce de suggestu sacro praedicavit) a primo manè diem integrum sibi ponere, ita ut vix sole ad occasum vergente vicinum, quod Pontificis Maximi nomine insignivere, saxum conscendere liceret, ubi stipantium pinuum quasi sacer susurrus perpetuo strepit, unde amplissimus ad Orientem versus in caeruleos Bohemiae montes, ad Meridiem in obscuras austerasque sylvas usque ad excelsum Nollenopagi sacellum protractas, ad Septentrionem per campos saltûsque usque ad Stolpenensem arcem et ultra est despectus: ex quo loco amoenissimo soloque tunc quotidie, exantlato labore diurno, trans saxa Goricense, Regium, alia, trans segetes virentes, flavescentes, et vineas fertilitate laetas, trans Solarium Pirnae castellum frequentesque pagos vespertinum solem contemplando recreabamur, regias Dresdae turres tractûsque ultra usque ad extremam Misenam nostram juxta Albim porrectos velut auro effundentem, deinceps Albinas undas rutilo splendore coruscas bis ostendentem, denique trans Pillnicensia vineta occidentem.

**) Vd. Hor. *A. P.* 386. sqq., quae verba huc et ad sequentia pluribus nominibus relegere placebit: 'Si quid tamen olim Scripseris, in Metii descendat judicis aures .... *nonumque prematur in annum*, Membranis intus positis. Delere licebit Quod non ediderís; nescit vox missa reverti'.

nostrae explanationis in usûs convertere licuit, et quod dies diem docet. — Tantum autem vere intercessisse temporis spatium inde a primis hujus operis paginis excudi coeptis dum ex officinâ τυπογραφικῇ absolutum prodierit, ille ipse eorum librorum usus hîc factus testatur, qui intra hos annos editi sunt. Nam, praeter FLATTI enarrationem, vel SCHINZII notae A.° 1833.° evulgatae in prioribus plagulis nostris desiderabuntur: cui rei tum in *Προλεγομένοις* tum in Appendice I.ª, tum ubi alia esset opportunitas consultum ivimus. Quod idem longe gravius in MATTHIESII explicationem cadit A.° 1835.° publici juris factam, quam in Commentario nostro per solas ultimas plagulas in comparationem vocare potuimus *): id quod inde minus injucunde accidit, quod cum viro erudito pioque, maxime quod simplicitatem munditiemque grammaticam attinet, haud paucis in locis consensimus, quamvis utrique a superioris memoriae interpretibus discessissemus. Caeterum ut Lectoribus, si qua esset, jactura sarciretur, etiam hujus interpretis sententias nostris vel consentaneas vel dissentaneas item in ADDENDIS suo loco diligenter enotavimus.

Quod vero in hocce Commentarii in NTum scribendi instituto, in cujus societatem Editori Praeceptorique Venerando nos vocare placuit, secundo loco jam nostra Ep.ae Dⁱ Pauli Philippensibus inscriptae explanatio emittitur, jam **) eo excusabitur, quod, quemadmodum primum idque Editoris S. V. volumen 'vetustissimam NTi scriptionem', Jacobi literas, amplexum est, ita alterum hocce nostrum ejus Epistolae explicationi dicavimus, quam primi universae Europae loci, in quo Evangelium docuisset, incolis scripsit Gentium Apostolus (vdd. inf. Prolegg. PP. I. sq.)! Quo vero laetius ac diligentius opus gravissimum, ad Ven. Editoris publica praecepta exemplumque conformandum, aggressi sumus, quippe veram Theologiam fidemque iis maxime contineri persuasum habentes, quae felicior interpretum eruditio veraque pietas de inexhaustis Sacri Codicis metallis in lucem protraxerint; eo majore cum timore ac fere tremore jam e manibus dimittimus librum non solum variorum judiciis subjiciendum, sed etiam a tironibus lectitandum, quorum sic regundi animi aliquatenus rationem esse auctori reddendam, conscientia haud leviter gravat.

— Cujus nostri Commentarii, quem jure meritoque *perpetuum* dixerimus, quae sint **rationes**, multis describere ideo non attinet, quia

---

*) Cujus rei testimonio erunt etiam aliquot dicta, ut P. 158. LL. 3. 4. ab in.: 'Recentissimus interpres, RHW.'.

**) Praeterquam quod, cll. inf. PP. XLVII. sqq., nostra faciemus, quae Commentt.iorum SP.i Praefationem finiunt: 'Dass ich – inquit ILLE P. 8. – dazu grade d. Schreiben P.i an d. Xsten zu Philippi ausgewählt habe, kommt von d. Vorliebe her, die ich seit geraumer Zeit zu dems. hege, weil mir immer d. grosse Character s.s Verfassers, d. lichtvolle Seele dess., s. Eifer in Ausbreitg der Ehre Jesu, u. s. hoher Muth selbst in Banden u. Todesgefahren daraus vorzüglich in die Augen leuchteten. – (Ich rufe hier Gott an, dass Er mir's gelingen lassen wolle, die Erkenntnisse, Ueberzeuggen u. Gefühle, welche ich der wiederholten Lesg ds.s Br. zu danken habe, auch auf Andd. zu ihrer wahren Erbauung überzutragen'.)

partim Editoris S. V. *Notitia* hujus *Commentarii in NT.* (Lps. 1829. 8.^{vis} maj.), partim ejusdem *Commentar. in Epist. Jacobi* (Lps. 1833. 8.^{vis} maj.) istius et regulas et exsecutionem (cll. ibid. Praef. P. v.) satis commonstraverunt. At in universum hoc repetere e re fuerit, id quoque et ante caetera quidem in consiliis fuisse, ut non solum Ep.^{ae} ad Philipp. datae interpretationem exhiberemus, sed etiam omnino interpretari tirones discerent; unde quae ad hanc rem, si vel minus ad locos singulos, facere viderentur, non repudiavimus. Cui quidem menti id egregie respondit, quod idem nostrum opus historicum est, quo non solum res ad intelligendum Ep.^{ae} argumentum gestas, sed etiam historiam singularum dictionum vocumque pertinere nemo ibit inficias. Quam quidem in rem antiquum esse duximus, in quantum et rei et praesidiorum **) naturâ fieri posset, ipsa interpretum verba, plurimum in compendium redacta, fere ad diplomatum fidem tenere, si vel ad loci explicationem vel ad explicandi artem in partem aut meliorem (imitationi!) aut deteriorem (cautioni!) momentum habere viderentur: quo ipso eo minus injuriam fieri posse apparet enumerandis aliorum sententiis. Quod ut justo dignoque modo fieret, et quum ille demum bene docet, qui bene distinguit, summa opera in eo fuit collocanda, ut omnia ordine eoque et logico et perspicuo disponerentur. Longe autem usu sic didici erectiori cuivis ingenio facilius esse, de loco libri sacri inspecto solas animi sui, eruditione tum universali tum superiorum duorum triumve explicatorum adjuti, sententias chartae mandare, quam ad singula, singula inquam verba quindecim et plura (explanatorum, Lexicorum ctt., etiam Versionum, q. drr., si memora-

---

*) Literarum notitiam Apparatumque (vdd. Prolegg. PP. LIV. sqq.: INTERPRETES), cujus largâ manû fere suffocaremur, in quantum fontibus nobis retectis indicarentur, diligenter congerere exhibereque studuimus. Quamvis vero doleamus, librorum istic laudatorum nec propter ubertatem recensendorum nec inspiciendorum omnium factam esse nobis copiam (quâ in re aegre sentire fuit, quam literarum amantibus academica Lipsiensis et provincialis, in quam inter edendum librum a Sacro patriae Senatu Summo vocabamur, urbes inter se distarent, etiamsi Bibliotheca nostra Cygneensis haud parvâ inprimis theologicorum librorum laude floreat -); tamen quum modesta humanarum virium aestimatio tum harum ipsarum singularium literarum et uberrimarum et maxime dispersarum respectus solatii aliquid affert. Quos vero ipsos nonnullos manu volvere libros non contigit, eos aut ex locupletiore eorum indice allegavimus et, si opus esse videretur, in Commentario suo loco vel plenius vel emendatius laudavimus; (quemadmodum quae Literae in Commentario commemorantur [cll. v. c. PP. 9. 41.], isto INTERPRETUM indicio haud infeliciter, credimus, lustrantur;) aut praetermisimus (- ut parcas KÜNÖLII Observatt. ad n. Ep.; item, de quâ fando accepimus, FERDFRIDGRAEFENHAYNII Lips. Dissert. de Philipp. 2, 5. sqq. [de quo l. ap. nos satis superque dictum]). Item h. l. notare liceat, qui nuperrime prodierunt: 1) [vd. ad P. I. Not. L. 3. ab in.] CARAUGCREDNER. (Prof. Marb.): *'Einleitg in d. NT.*: Part. I., Sect. (1. et) 2.; - [qui pertinent ad P. LV. Not. fin.]: 2) *Summarien, od. kurzer Inhalt, Erklärgen u. erbauliche Betrachtgen der H. Schr. des NT.'* . .: Tm. 4. inde ab Epp. P.^{i} usque ad Judae Ep.: Lps. et Torg. 8.^{vis} maj.; - 3) OTTO V. GERLACH: *'D. heil. Schrift nach LTH.'s Uebersetzg, mit Einleitg u. erklärenden Anmerkgen'*: Tm. 6. (NTi Tm. 2.): Epp. P.^{i} ad Rm., Cor., Gal., Eph., Philipp. et Col.: Berol.; - 4) FERDDÄHNE., qui ejusd. inscriptionis, cujus sunt libb. GLOGUILMEYERI [cll. inf. P. 172.] et LEONHUSTERI., librum edidit: *Paulin. Lehrbegriff*: Hal. Sax..

blies et in terris suis auctoritatem nactae essent,) volumina evolvere et saepe divinando demum colligere, quam mentem illis subesse sibi persuaserint interpretes, haud raro fontis, ex quo sua ipsorum sententia manavisset, et ad quem tamen omnes persequendi *) erant, ipsi sibi non sat conscii, iidemque verum sensumve aliquem potius tactum quam perspectum augurati, eique opinioni suae convenienter vel in argumentum vel in singulas locorum voces commentati. Nos vero in singulis versibulis describendis integros dies exhausimus, ut stipati omnis generis interpretationibus, ad singulas et maxime exiguas voces earumque conjunctiones inspiciendis ac deinceps suo loco inserendis: unde non solum fere cuivis vocabulo, sed etiam eorum singulorum ad reliqua relationi πῆγμα λογικόν nobis exstruendum fuit. Quem improbum laborem id paululum levavit, quod et persuasum habebamus et haud raro etiam usu experiremur, comparatis falsis veri investigationem non solum Lectoribus sed etiam scriptori provehi, et inspectis multorum sententiis verbisque tensum tam firmari tum augeri, quemadmodum, pluribus in eundem alveum deductis rivulis, flumen non solum latius sed etiam profundius evadit. Praeter quas superiorum aetatum, id quod ipsum earum meritis et historiae debebamus, sententias haud raro acutas et egregias, hic velut in horreo repositas, etiam quae levitas vel imperitia genuit improbanda, tanquam exemplum prostituere decuit, ut ne denuo eodem aberraretur et in infestandis vivendisque vanis simulacris porro ingenia defatigarentur. Quo quidem in opere enarrationi, qualis nostra est, copiosiori ex ipsâ ejus naturâ non semper pleno repetitoque Lectorum ad errorum fontem *ductu* opus esse visum est, sed plerumque istum digito *monstravisse* satis fuit (cf. inf.). Quibus vero vel sic nimis multa explicata esse videantur, meminerint, statuis viarum indicibus non id solum loci, in quem Tu quum maxime tendas, nomen insculptum esse, sed plures plurium in usûs semitas ab iisdem monstrari: id quod nostram in rem eatenus quoque cadit, quod interdum unus unius ejusdemque directionis locus idemque modo remotior modo propior significatur, quo cognito aliorum quoque vel tacitam habeas notitiam. Quâ totâ in re velimus ex parte assecuti dici, tum quae SFNMorus (in Comment. ad RJusd. Epit. Theol. xt. ed. CAHempel. II, 465.: vd. inf. Comm. n. P. 444.) de Hülsemanni lib. (De auxiliis Gratiae) laudavit: 'quo non sit plenior liber, si multam lectionem antiquiorum et recentiorum spectes et studium omnia distincte proponendi'; tum quod A. Gellius NN. AA. I, 8, 29. de Theophrasto praedicat: 'Haec talisque satis caute et sollicite et religiose cum discernendi magis disputandique diligentiâ, quam decernendi sententiâ atque fiduciâ disseruit' **).

---

*) Nam 'tardi - inquit Cicero (Or. II, 27.) - ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre'.

**) Ad quae omnia jucunda erit hujus quamvis πραχτικῆς tamen similis sententiae comparatio: 'Sie trennen u. scheiden wohl allzuviel In ihrem verrauschenden Lebensspiel'; Doch kann es wohl kaum anders gehen: Sie lernen sonst nimmer den Kern verstehen. Drängt doch im tausendfält'gen Schein' Zu Vieles auf

At nonne stulte factum dicatur istam Interpretationis Varietatem recensendo stultam quamvis a stulto nescio quo olim editam sententiam recoquere, quam sempiternae oblivioni tradere praestet? Videtur; verum veremur, ne ita de quâvis - ut universali ita sacrâ - historiâ damnatorium factum sit judicium. Ac nonne eodem jure consulto egeris, v. c. opiniones varias αἱρεσιώτιδας de hominum memoriâ exstinguere? At alit historia posterorum mentes, errores retegendo cavet, judicium acuit; quid quod etiam fatuae sententiae, aliquando prolatae, certe eâ ad verum relatione gaudere dicantur, quod in verâ rerum etiam falso gestarum historiâ sint commemorandae. Interpretationis vero historia, ecclesiasticae quoties immixta, cum sacrâ hoc videtur commune habere, quod, quicquid omnes in partes ab animo humano cogitari et insaniri possit, deinceps vere dictum gestumve arguat. Gravius est, quod ipsae veri falsique notiones humano judicio pro dolor! nimis ad genus relativum subjectivumque, q. dr., pertinent. Sic, ut illustri exemplo utamur, plerisque exeuntis superioris ineuntisque hujus saeculorum explicatoribus sacris multa absona visa et ad paleae instar fuere, quae cordatioribus nostris interpretibus pro veris et veri seminibus agnoscuntur. Et quis tandem est, qui futurorum temporum animum et cultum, addimus necessitates, ita praevideat perspiciatque, ut operam in colligendis interpretationibus superioribus consumtam brevi manu stolidam dicat et supervacaneam! —

Ita igitur compositas easdemque ad normam aliquam dispositas habere singulas singulorum locorum interpretationes tum probas tum insulsas, certe principes istas et plerumque, si fieri opus esset possetque (et nisi apud laudatos laudarentur), ipsis auctorum suorum verbis dictas*), haud ingratum erit, speramus, tum iis, qui cognoscendâ rerum gestarum, jam vero explicationum, (quae istius generis sunt itemque et aetatum et hominum, quibus debentur, et ingenium et eruditionem haud obscure testantur,) historiâ delectantur; tum curiosioribus rerum, maxime SSae investigatoribus, non in verba magistri jurantibus; tum iis, qui fortasse ipsi de his libris θεωρητικούς vel πρακτικούς in usûs coram vel scripto enarrandis cogitant talisque operis uberiorem circumspiciunt fontem; tum denique eorum multitudini, qui - sive Parochi sive Theologiae magistri adeoque etiam studiosi - in legendis intelligendisque (quin interpretandis) voluminibus sacris propriâ operâ elaborant et, ubi novi quid, quod ad promovendam alicujus loci intelligentiam facere ipsis videatur, deprehenderint, ejusmodi Horrei

---

einmal den Sinnen sich ein! So mögen Begriff an Begriffe sie schleifen, Um endlich den rechten zu begreifen'! (Ex poëmate GODOFR. GUILFINK[ii] ἀλληγορικῷ: D. Jahr der Erde u. d. Mensch: Lps. 1835.)

*) 'Hoc vero est abuti - inquit HEYN. in Praef. ad Hom. Carm. (Lps. et Lond. 1802.) I. P. xxx. - patientiâ aliorum, si, ut mihi otium faciam, eos, quibus pollicitus eram me ducis vices recipere, ad alios, qui viam monstrent, ablegem. Quin tu, inquies, appone ea, quae aliunde repetere si voluissem, tuam operam haud desiderabam'! [Quae verba cum grano salis, ut ajunt, intelligenda multis nostrae aetatis interpretibus sunt commendabilia!]

ope destitati saepe nesciunt, an non jam aliquando prolata sit ipsorum inventio: quo excusso metu partim uberius talia μελετήματα publico judicio usuique exposita, partim parcius Iliadas post Homerum scriptas reperiremus. Quid quod legendo varias explanationes facile aliquis vel ad novam excogitandam vel ad firmandam pristinam aliorum suamve posit duci: unde amplum armamentarium et logicum et theologicum hic patefieri apparet. Denique tacemus (cll. WIN. Gr. P. 4. ab in.), quantum lucrari possit tiro ἐξηγητής, has virorum doctorum pariter atque minus sapientium Palaestras, variasque, quae omnino informari possint, item ex principiorum varietate profectas explanandorum dictorum relationes lustrando: de quibus ipsis commodis majore cum copiâ et auctoritate in iis verbis disserit JO. AUG. ERNESTI, quae Commentarii nostri fronti in istius praesidium inscripsimus. — Caeterum, ne in his ipsis nimium nobis arrogare videamur, ante caeteros illis ipsis rerum sacrarum in Academiâ Studiosis dicatum esse eundem Commentarium nostrum nudis verbis profitemur repetimusque, ita tamen dictum, ut liber idem eorundem Lectorum futuris usibus πρακτικοῖς sufficeret: in quo etiam reliqui indicentur, qui porro explicationem nostram usurpare possint. Sin alii quidam fortasse sojam θεωρίαν theologicam sectati quod in eâ quaesiverint suo modo vel dictum vel omissum se deprehendisse negent, eis scribere noluimus.

Quod contra erunt, qui, quantumvis in disponendis lapillis desudatum sit, musivum tamen opus a nobis compositum esse clament, eorum sic accipimus comparationem, ut Architectorum rationem nos imitatos profiteamur, qui aedificiorum temporis injuriâ in ruinam vel lapsorum vel pronorum (quae habitare horremus) rudera loco suo mota ad novam legem regulamque ita exstruenda curant, ut, quae fragmenta etiam historiâ suâ memorabilia sint, ea ex reliquis novis eminere, et vel monstrorum capita olim fabricata insignium ornamentorum loco esse et incumbentem materiam quasi portare jubeant. — Quae ipsa melior est aetatis nostrae indoles, quod vetusta corrigit quidem, eadem vero, si proba sunt, etiam tuetur atque situ obducta purgat, - verbo, quod antiqua recensendo ea feliciter novis immiscet. Id quod cum aliis in SSae interpretationem ita traduximus, ut, si firma stabiliaque essent vetusta, ea novum in locum translata in primariâ suâ formâ permanere pateremur, si vero labarent ruinamque minitarentur, novis ista fulturis, laturis, evecturis insereremus: quemadmodum antiquitatis amatores in parietes suos recentes vetusta monumenta immittenda curant. — Ubi ergo vel in nostrâ - quamvis facilius nostris vocibus dicendâ - sententiâ, quando rei natura tolerabat, antiquiorum interpretum verbis uti possemus, ibi adeo religioni habuimus, recenti vestimento non insuendos vetulos pannos, sed interpositas vetustas gemmas intexere. — Quae igitur aliorum, qui nos antecesserunt, verbis recte dictis nec facile aliter dicendis non sine pietate quam nostris exprimere maluimus, et fortasse cum levi aliquâ immutatione illitove pigmento, vel omissis ut alienorum signis, pro nostris vendere noluimus, - neque in his ἀσύμβολοι venimus, ut, quibus superiorum

interpretum ita consulere in animo fuit, eos pro rerum indole distribuendo justoque loco interponendo; - adspersis notis judicium Lectoris excitando et regendo; - variorum eâdem de re exponentium sententias ad normam vel λογικήν vel ῥητορικήν enumerando; - supervacanea demendo; - obtusa opportunâ ratione acuendo; - e pluribus idem afferentibus explanatoribus eum eligendo, qui vel maxime perspicue vel brevissime dixisset; - porro opiniones interdum adscriptis verbo, vel loco, vel libro, vel laudato argumento superiore inferioreve firmando; - item logicâ lege dispositas variis typorum, quae res primarias prae reliquis eveherent, formis [vd. inf.], nec non interjectis (etiam plurium linguarum) Literis, hic illic duplicatis; Numeris latinis, arabicis; Lineis brevioribus, longioribus; variis Interpunctis simm. illustrando: unde ipsi auctores verbis suis interdum clariorem lucem affulsisse agnoscerent [- cf. inf.]; - denique si quis, praeter latinos interpretes, nostrâ linguâ idem apte dixisse videretur, ejus verba maxime in imbecilliorum gratiam latinis commodo loco inserendo vel addendo [vd. it. inf.]. — Neque deerunt, qui vel sic in enumeratis interpretum de uno eodemque loco sententiis paribus et in laudatis eorum verbis quid quod similibus sibi appositis nos etiam nimis copiosos fuisse criminentur. At re accuratius considerata raro omnes vere consonare, sed alius alio amplius aliquid vel modo paululum immutato dixisse deprehendetur; deinde ipsis cujusvis explicatoris inspectis verbis ejus sententia animusque, in dicendi ratione potissimum conspicuus, integre eruentur; denique in animo habuimus, praeter pellucidam notionum divisionem, cogitationum et, quibus illae explicantur, dictionum lacteam salubremque copiam Lectoribus Auditoribusve et sistere, et excitare, et adjuvare, ingeniaque tum uberiora efficere tum magis versatilia *): id quod nostro instituto, eandem sententiam tot radiis undique collustrante eamque toties tantâque cum orationis varietate ubertateque repetente, non pessime fiet. Quae ipsa explicationis saturitas celeriorem quum diversarum variorum sententiarum tum nostri de singulis locis sensûs conspectum ideo non morabitur, quia nostra vulgo majoribus literis excusa sunt; unde, si ista quaeruntur, modo ne in minoribus haereatur. — Caeterum quantumvis pandatur singularum explicationum agmen, tamen hoc ipsum justis et certis principiis ordinibusque regitur, atque ipsâ interpretatione ejus historia longe est inferior: quare superiorem fore speramus librum nostrum quamvis pleniorem eo vituperio, in quod v. c. FANABERII *Brevem in NT. Comment.* tum (*Part.* I.: Ev. Matthaei: Lps. 1837.), quae recentissima scriptio similis est consilii, hic illic incucurrisse dolemus (vdd. v. c. GERSDORF. *Repert.* ctt. XIV, 3. PP. 225. sq.; *Theol. LB. z. AKZ.* A.° 1838. Nr. 6. PP. 44.-48.).

*) Quae res, speramus, Commentarium nostrum inprimis Theologis πρακτικοῖς commendabit, quibus, nisi egregie fallimur, ex tot singulis variorum explanatorum opinionibus varie dictis novae sententiae in orationis pietatisque augmenta fluent. Quod idem consilium ad promovendum Verbi divini usum conferendi tunc nobis obversatum est, ubi integras majorum (ut FLATTI ὁμιλητικάς, πρακτικάς) expositiones in librum nostrum recipieremus. Vd. inf..

Quam ipsam libri nostri indolem quibus accuratius explorare placuerit, ii brevi intelligent, superiorum temporum piam istum respectum non tamen impedimenta fuisse, quominus praeter iam nobis et ex se solâ pendentem interpretationem proponeremus. Atque ibi quidem in principiis fuit videre, ne partim grammatica logicaque subtilitas, quae hujus temporis est, partim pristinae pietas verique divinatio in explicatione nostrâ desideraretur. Contra a disquisitionibus, quales super rem in morem pervasit et in Commentariis, qui melioris indolis esse cupiebat, omnino Notis sicti coeptae sunt, grammaticis, lexicographicis, quantum ejus fieri potuit, abstinuimus et in earum describendâ summâ (cll. v. c. de v. ὁμολογεῖσθαι inf. P. 155.) acquievimus, ut ei soli, neque expectandae, quâ illuc perveniretur esset, viae (cll. sup.), locus esse videretur, praesertim quod alia praesidia in vulgus nota suppetunt eaque quae amplitudinem fidemque locupletissima. Eâdem de causâ non ubivis plenâ argumentorum expositione opus fuisse supra diximus, quae ad explicatorum sententiam vel consensum vel dissensionem conferrent, illaque tunc demum apposuimus, ubi vel brevissima (ut PP. 129. 160. 213.) vel summae gravitatis esset, vel primum institutioni optime inservire possent. (cf. v. c. PP. 18. sq. 48. [cll. 19. 54.], porro 112. 422., [ubi quae contrae interpretationi opposita, essent rejecta sunt.] 245., [ubi causa sic iuvi brevior afferatur,] alt. m.), quorum eorundem commodis, ut ipsi judicare judicioque causas indagare discerent, saepe etiam contrarium, i. e. praetermissionem suam gratificati. Alibi tum aliorum tum nostra sunt, quae externis rationibus nec labefactari nec confirmari possent, utpote solo integro sensu innixa, qui solus inter plures pari jure propositas explicationes decernere, abesse vero ab interprete nequit (cll. v. c. P. 65. sq. de v. σωτηρία), qualem imprimis sanum Lutherano infuisse agnoscent; atque tunc quidem vel verbis peperimus, vel adeo judicium de nostrâ sententiâ συγχαταθετικόν (vd. inf.) desiderari passi sumus. Et vero, ubi etiam subactiori ingenio conveniat sententiâ abstinere.

Quibus expositis jam magnâ ex parte ad eam reprehensionem responsum est, quam Commentarii ab Editore S. V. in Ep. Jacobi scripti (vd. sup.) Censores quidam (ut in *Ἐφημ.* litt. univ. Jen. A. 1834. m. Oct. PP. 1. sqq.) instituto nostro objicerent: explicationem per saxa et dumeta ducere, ob insertas sententias dissidentium interpretis mentem et velari et disclndi. Reponimus, non ad levitur delibandum sed ad severum strenuumque studium haec volumina destinata, et cum eodem illo institutum eorum κοινὸν unice justam esse, neque hinc istam, quae morosum efficere queant festinantiorem Lectorem, difficultatem potuisse vitari. Addimus, fines nobis scriptos amplioris viae, quae et ipsa vix omnibus pariter jucunda fuerit, impatientes fuisse; aliorum interpretum enumerationem, qualis tempestiva fuit, pro naturâ copiâque suâ expeditae lectioni ubivis quidem eo vero minus difficilia impedimenta objicere, quo magis in ordines quosdam redigerentur et verbis parceretur. Quae quidem scriptoris, per haec ipsa saxa dumetaque, ad quae, non ab ipso creata, accessum pa-

tefacere ille voluit, viàs (-; per quas modo sudó in sole, modo densâ querceti pinetive in umbrâ, modo per varios virgultorum utrinque perplexorum odores deambulatur, -) excidentis sternentisque utilissima opera eaque cum summo et temporis et otii et virium et jucunditatis dispendio consumita, qualem Ἐφημερίδων editores vix similem injunctam sustinent, potius cum gratiâ excipienda, quam convicliis consectanda videtur fuisse *). Quibus verò idem illud Chaos, ne usque difficilius evaderet, illustrandi periculum et breviore et jucundiore modo fieri debuisse et potuisse videatur, ii ipsi, cujus se 'osores' profitentur, arcem tentent ac perlustrentur!

— Quantum vero est, in explicandis locis sacris ad eam penetrare sententiam, in quâ totus in unum coire nervos vitales, neque solummodo unum alterumve Te attigisse sentias; quâ et christianae menti et scientiae grammaticae historicaeque plene satisfactum esse Tibi conscius sis: quo vero cordatus quivis perpetuis studiis trahitur, et sine quo animo in explicatione deprehensâ acquiescere non datur, quamvis de ejus virtute Tibi persuadere labores! Quem sensum maxime justo ejus linguae, quâ explicatur, substituto vocabulo velut acu tetigisse, fere magicum dicas actum, quo thesaurus de profundo loco suo levetur. (Quo cff. inf. ad Philipp. Cap. 1. Vs. 21., maxime de vv. ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός et de lat. *Christum spirare* dicta.) Tamdiu autem intentis infixisque oculis inspiciendi sunt loci isti, maxime difficiliores, dum nebulae obtegentis caligo plane dispellatur, et verae verborum subjectorum rationes eorumque corporum intimae quasi medullae retegantur et compareant; ac vere cedit illa oculorum

*) Longe aliter de eod. Ven. Editoris Commentario judicatur apud WDFUHRMANN., quem in lib. *Handbuch der neuesten theol. Literatur*: 1836., omnium censurarum publicarum summam collegisse constat [cll. inf. *Προλεγγ.* PP. LVIII. sq.], l. l. Tom. I. Fasc. 4. PP. 438. sq.: 'Ds. Commentar ist grammatisch-historisch u. zwar mit grosser Consequenz u. Gewandtheit, ausgezeichneter Nüchternh. u. philos. Scharfsinne ausgeführt. Mit grosser Genauigk. werden die abweichenden Erklärgen Anderer fast mit deren Worten zusammengestellt, u. e. ausgebreitete Literaturkenntniss zu Tage gelegt. Auch ist vom Vf. die Critik d. Textes sowohl in dems. als in den Anmerkgen sorgfältig u. mit Sachkenntniss gehandhabt worden. Die Prolegomena sind sehr ausführl. u. genaue Untersuchgen üb. die zu ds. Briefe gehörigen Materien. D. Commentar wird nach grösseren Abschnitten gegeben. Von diesen findet man erst d. Inhaltsanzeige, dann folgen d. kleineren Unterabtheilgen. Es geht e. Paraphrase vorher, u. dann erfolgt d. Specialerklärg. Dies Alles wird durch Druckverschiedenh. gleichsam von einander gesondert.... D. Commentar reihet oft die Erklärgen Anderer, die genannt werden, an einander, verbunden mit eignen tiefen Forschgen u. Erläutergen. Mehrere seiner Erklärgen sind gelungen. Das Ganze ist lehrreich, das Aeussere ist schön, u. d. Druck correct'. (Cff. *Annall. d. gesammten Theol.* ctt. A. 1835. [5. *Jahrg.*, 1. *Hft.*, PP. 1.-18.]; *Jen. Allg. Lit.-Zeit.*, vd. sup.; add. *Rörr's Crit. Pred.-Bibl.*.) — Contra vix quisquam magis studii reus, quam CARLHELDJACHMANN. (Theol. Regiom.), qui suum in Ep. Jacobi Commentarium (*Comment. üb. d. catholl. Brr.* ctt.: Lps. 1838. Praefat. P. LX.) THEILII enarrationi ita praeponere non dubitavit: .. welcher [Comm. v. Dr Th.] 'durch den ungeheuren Wust [sic!] von Gelehrsamk. fast für den Gelehrten [?] von Fach, gewiss ab. für Diejj. unbrauchbar wird, zu deren Gebrauch d. vorliegende [sc. JACHMANNI!] Commentar verfasst ist' [! - hinc illae lacrymae!].

aciei, et naturâ et exercitatione et (in sacris explicandis libris) pietate tum defigi tum cernere doctorum, quid quod per integros dies indefessorum et ab aliis quibusvis semper illuc retractorum, velut fascinanti: quam rem vellemus usu experti esse v. c. in ll. Ep.ae nostrae Cap. 2, Vss. 1. sqq., Cap. 1, Vss. 21. 22.: qui ipsi loci ex eorum sunt numero, in quibus explicationes a reliquis omnibus diversas proposuimus, quales v. c. sunt 1, 4.: *εὐχαρ. ὑπὲρ π. ὑμ.*, PP. 8. sq.; - (1, 10.: *εἰς τὸ δοκιμάζ.*, P. 32.; -) 1, 20.: *ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι*, PP. 69. sq.; *εἴτε τλ.*, P. 72.; - inprimis 2, 1. sqq.: *εἴ τις τλ.*, P. 111., cll. 108. sqq.; - 2, 2.: *τὸ αὐτὸ φρονεῖτε*, P. 112., cll. sqq.; 2, 3.: *μηδὲν . . . ἑαυτῶν· μὴ τὰ ἑαυτῶν τλ.*, PP. 114. sqq., ctt.. — Quantis vero istiusmodi explicatio SSae prematur difficultatibus, nuper optime his comprehendit ERNFÜRCHTEGRHLD-WOLF. (in Diss. [ad MAURHEYMANNUM S. V. 'nomine Pastorum et Diaconor. Parochiar. extra Urbem Dresdensi Dioecesi subjectar.'] gratul.a de l. 2 Cor. 12, 7.-9.: Dresd. 1837. 8.nis P. 5., cll. 4. Not. 3.): 'Nonne intelligentissimi quique, probissimi et cordatissimi rerum humanarum divinarumque investigatores et aestimatores lectione LL. SS. dudum persuasum habent, scriptores SS. singulari quodam ac coelesti simplicitatis, pietatis, amoris, virtutis, divinitatis immortalitatisque [?] sensu et instinctu afflatos animatosque fuisse! Unde sequitur, neminem ad hos scriptores intelligendos interpretandosque valere, nisi qui aliquo saltem modo illum eorum sensum et instinctum animo conceperit conceptumque alat. (Quare jam LUTH.: *D. Schrift recht zu verstehen, dazu gehört d. Geist Christi.*) . . . Quae omnia probant necesse esse, ut non vulgaribus, sed paene divinis dotibus instructus sit aptus LL. SS. interpres'. Atque in specie quidem quibus impedimentis obnoxia esset scriptorum Pauli Ap.i explicatio, IDEM ib. P. 6. Not. 5. sic proposuit: 'qui [P.] gaudebat tantis tamque diversis mentis animique virtutibus, tam singulari cognoscendi, judicandi et imaginandi vi, tantâ ingenii ubertate, sublimitate, subtilitate, severitate, firmitate, constantiâ, simulque teneritate, mobilitate et celeritate, easque omnes perpetuo cum Judaismo, Gentilitate et Christianismo commercio et tot vitae vicissitudinibus tam vario versatilique modo excultas habebat, ut Epistolae ejus, haec omnia mirifice repraesentantes, fere alterum Paulum interpretem postulent'.

In factitandâ porro re criticâ facto expressa comparebit universa nostra de eâ sententia. Quâ scil. in arte ab alterâ extremâ parte in extremam alteram nuper cessisse nobis videntur viri docti. Dum enim pristini interpretes vel plane non vel contorto tralatitioque modo res huc spectantes tangerent, recentissimi ad negotium tamdiu neglectum et ad *κρίσιν* tum externam tum internam totis viribus incubuere, ita ut immemores esse viderentur, simili modo per se stare disciplinas tum exegeticam tum criticam, quo exegeticam et dogmaticam, unde in Commentario merae explicationi dicato alterius utriusque recte aliqua nec tamen ea ratio habeatur opus sit, quae in libris mere aut dogmaticis aut criticis, ad rem sa-

cram momenti gravissimi utrisque: quam ab aureâ mediâ viâ aberrationem censurae publicae si vel timidius nuper jam notare coeperunt *). Nos igitur ad hanc operis partem in allatis argumentis externis plerumque acquievimus, internis, si ad rem decernendam aperti plurisque momenti essent, non intactis; quam scripturam nos probaremus, ex Commentario singulis verbis nec non cum typorum varietate adscripto facile intellectum iri rati, quippe in quo, si externae istae causae rem non decernant, diligentes rerum investigatores vel apertas vel oblique monstratas nostrae sententiae rationes internas deprehendent. Caeterum eodem in negotio, si fieri posset, ipsa superiorum auctorum verba tenendi legem nobis in universum scriptam (vd. sup.) item servavimus, ex antiquioribus de caeteris WETSTENII, ex recentioribus LACHMANNI supellectili usi, nec non collatis, qui medii fuerunt, libris et NTi Recognitionibus, ut WOLFII, AMENDII, HEINRICHSII, apud quem frequentissimus GRIESBACHII **) est respectus, all.: quorum sedulitatem compendiariam neque afferendarum judicii causarum immemorem eamque tironibus satis utilem interdum itidem ipsis auctorum nunquam non appellatorum verbis in nostras transscribere tabulas, praeter piam istam regulam, habita Lectorum nostrorum necessitatis ratio nos jussit. Neque vero in illorum verba nos juravisse, scitis Lectoribus notae nostrae istis passim insertae, eaeque partim ex internis argumentis partim ex collatis locupletioribus praesidiis criticis profectae, arguent (vd. ante caetera inf. Comment. ad Ep.^ae^ n. Cap. IV.). Loca vero, in quibus Lectionis, q. dr., Varietatem notaremus, ea elegimus, quae ad hanc rem maxime commoda esse viderentur, i. e. quae Lectores partim non nimis turbarent partim haud facile praeterirent; unde illa ipsa Varietas, quum etiam verborum copiae, quâ pro variâ rerum naturâ utendum fuit, habenda esset ratio, modo in contextis verbis, modo in subjectis notis, modo in *κομμάτων* fine deprehendetur. Denique etiam Siglorum criticorum in significandis Codicibus ctt. formae singulari auctorum, ut WETSTEN., GRIESBACH., (quorum nomina tunc item diligenter adscribenda fuere,) usu receptae apud nos expressae sunt: quarum notarum in inferiore SIGLORUM tabulâ uberiorem descriptionem ideo praetermisimus, quia illa et ampli ambitûs erat et aliunde satis patere videbatur. —

In Praemonitis (- *Προλεγόμενα* dicunt -) pleraque alteris praemonitis vix egent. Atque vel hîc (ubi alia nonnulla novâ ratione obiter demonstrata [ut de compositâ Ep.^ā^ *Laodicensibus* inscriptâ PP. XXXIII. sq.] publicae explorationi obnoxia fiunt) multa ipsis aliorum verbis referri consentaneum fuit, ut quae ad rem majoris momenti esse nec facile brevius meliusque dici posse viderentur, maxime ubi singulares de argumentis nonnullis libri (ut SCHINZII) in paucorum

*) Vd. v. c. *LB. z. AKZ.* A.^l^ 1838. Nr. 2. P. 13.: Es 'wird in sehr vielen der neueren Commentare auf die Critik offenbar zu viel Zeit u. Raum verwandt'.

**) Quum JMASCHOLZII 'Testamentum Nov. graece'. [Vol. II. 4.to: Lps.] emitteretur, liber noster fere integer formis exscriptus fuit.

manibus versari putarentur. Ac quae in specie de variis variorum super discidio quodam in Coetu Philippensi xt. deinceps exorto sententiis varias in partes egimus (vdd. PP. XXII. sqq.), ea Lectoribus, speramus, sufficient. In tantâ enim caligine et tam paucis, quae in ipsâ Ep.ª compareant, rerum gestarum vestigiis, quamvis a multis non sine voluptate aliquâ, nec semper sine studio arbitrioque pressis, nunquam certa certo de rebus istis pronunciabuntur. Quare in appositis sibi illustratisque variis illis sententiis acquiescendum esse nobis persuasimus: unde quivis Lector, argumentis variarum partium a singulis deinceps accuratissime prolatis expeditisque, sententiam sibi eligendi firmandique nec non nostram, minime dissimulatam, intelligendi habebit copiam. Denique in his satis est docere, quae VV.orum DD. sententiae ex ipsâ Ep.ª argumenta augmentaque non hauriant. *)

Πραχτικῶν porro usuum diligentem nobis habendum fuisse respectum, quum supra aliquoties significavimus, tum infra ipse Commentarius fere quâvis paginâ suâ testabitur, ubi, maxime ut apud Paroches gratias iniremus, frugiferas easque plenas inprimis FLATTI, SEYFERTI, aliorum, denique V. S. V. DE AMMON. de locis nostris meditationes ad *πρᾶξιν* xtianam pertinentes illas Lectoribus maximeque iisdem Parochis invidere noluimus. Sed etiam plures, qui exstant, afferre longum fuit; qui vero eorum recentissimus est, THEOLPASSAVANT. (vd. inf. P. XV. Not.), is tum demum in publicum prodiit, quum liber noster jam multus formis absolutus esset, quare jam ut hic sibi constaret RLE excludendus fuit: id quod eo facilius ab animo impetravimus, quo jam aliunde 'sat prata bibissent'. — Quam porro tralatitiam quidem magnoque cum plausu exceptam esse scimus legem, quod interpres nullam Dogmaticen debeat habere rationem; eam tamen limitibus suis sapienter esse circumscribendam pronunciare nulli dubitamus. Ne enim in eo immoremur, quod xtiano Theologo, SSam explicaturo, conveniat interpretationis historiam et Ecclesiae suae fidem animo imbibisse (quam brevi manu ejicere vix valeas); gravius est momentum totius Ecclesiae persuasioni concedendum, non ab uno pancisve, sed, quamvis per internuncios doctrinâ animoque negotio tanto pares, ab istâ totâ, divino afflatu regundâ, propositae. Quo minime docemus, non esse, quae etiam in Ecclesiâ clarius explicari, firmius stabiliri, lucidius expoliri, eoque *sensum* perfici queant. Sed in eo velimus Societas, quae ex Evangelio nomen cepit, Catholicam imitetur, ut ne cuivis, quae novella deprehendisse sibi visus est, ea non solum in scriptis, vernaculis quoque, sed etiam coram multitudine, quid quod sacrâ ex cathedrâ tanquam ex tripode

*) Eodem, ad PP. VII. sqq., Caesareae consignatam esse Ep.am Philipp.ibus inscriptam (ut ad Ephes., Col. et Philem. datas), nuper item demonstrare conatus est HNRBÖTTGER, id. *Εἰσαγωγὴν* in Epp.as P.i uberrimam pollicitus, in l. *Beiträge zur histor.-crit. Einleitg in d. paulinn. Briefe*: 4. Sectt.: Gott. 1837.: ubi (2. § 52.) docibus Jure Romano, Actt. App. et Epp. Paul. deinceps docendi fit periculum, captivitatem P.i Ap. Romanam aliquot diernm spatium haud excessisse. [*Contra* vd. v. c. *LB. z. AKZ.* A.i 1838. Nr. 95. PP. 780. sqq..]

ut amice vera proponere concedat; ut ne cuivis, dico, quicquid a nescio quo scriptum ac pro recentissimâ scientiâ venditatum iste legerit, quod tamen examinare ipse nec velit nec valeat, id Gregi volenti nolenti tanquam saluberrimum pabulum obtrudendi potestatem permittat. Contra praestiterit nova quaevis, maxime de re exegetica, legitimâ Dogmatices genitrice, ante omnia a viris pluribus, doctrinâ, pietate, usu evangelico, auctoritate insignibus, quid quod plurium aetatum explorari et sic demum quasi communi Ecclesiae assensu in sinum ab eâ recipi et foveri, denique in succum et sanguinem xtianae vitae omnium converti. Quod quam in Ecclesiâ nostrâ parum *καθολικῇ* seculo, ac pie desideramus, sese habeat, est in promtu. — Caeterum hoc in loco spem nobis affulgere profiteri liceat, fore, ut hic liber noster non minus benevolis quam malevolis pro testimonio dicat, an nos, quibus unicam SSam in doctrinâ vitâque integre ducem sectandam, nec hic illic cum variis variorum signorum aseclis timide studioseve conclamandum esse persuasum est, *τοῦ Δόγματος* nimium habeamus respectum.

Quod vero singularis muneris nostri publici rationes redoleat, in eo possit deprehendi, quod fere ubivis sacrae et profanae sapientiae, i. e. quum SSae tum Pauli Ap. et exterorum varii generis scriptorum (- ad editiones, nisi aliae nominatim appellatae sunt, maxime vulgatas citatorum -) comparationem et ex se invicem explicationem instituimus. Ac libenter quidem jam quum in almae Scholae Regiae Misenensis Afranae sinu inter ejus alumnos delitesceremus, sacrarum pariter atque exterarum literarum studio nos delectari meminimus, quas utraeque deinceps cum civitate academicâ Lipsiensi conjungere placuit *), et ad quas conjunctas institutionem denique etiam provinciae ante hoc triennium nobis demandatae singulare officium posoit. In scribendo autem hocce Commentario isti studio eo facilius indulsimus, quo magis, ut supra dictum, Thesaurum (*καινῶν καὶ παλαιῶν*: Mt. 13, 52.) hoc in loco sistere in consiliis fuit: unde hic quoque in laudandis profanorum locis tum ad collustrandam et rerum et verborum et structurarum indolem tum ad probandam earundem similitudinem vel dissimilitudinem (- quam comparationem alteram *formae, rerum* alteram esse patet -) interdum copiosiores fuisse videamur. Ut vero hac ipsâ re non solum antiquiorum et posteriorum populorum, xtianis fontibus vel destitutorum vel tinctorum, sapientiae cognitio, nec non manifesta xtianae sacraeque et gentilis profanaeque doctrinarum oppositio (cll. v. c. P. 75. sq. ad vba: *ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός κτλ.*) Lectoribus utilissima ipso in loco quasi ob oculos ponuntur; sed etiam ipsa profana *ἐξήγησις* ejusque amor in multis paululum augebitur inflammabiturque: ita maxime ex raris Observatorum, qui dicuntur, philologorum, potissimumque WETSTENII, cujus

*) Cujus rei documentum esse possit libellus gratul., illustris Societatis Exegeticae NTi Lips., ut cui per triennium et amplius adscripti fuimus, tunc jussu nomineque ad WINERUM S. V., iisus quondam Conditorem, datus publiceque editus: *De interpretatione sacrâ cum profanâ feliciter conjungendâ*: Lps. 1832.

editio unica proba maximi aestimatur, scriptis quam plurimis in hasce sylvas transportari visum est esse consentaneum. Caeterum pleniore totius hujus instituti hodie vix opus erit defensione, qualem, ad nostros usque dies saepe repetitam *), superioribus v. c. VICTORIN. STRIGEL. (: *Ὑπομνήματα* in omnes libb. NTi: Lps. 1565. P. 22.) praeivit, et quam, si tamen qui eam desiderent fuerint, huc adscriptam nostram facimus. 'Neque vero - inquit ILLE - metuo reprehensionem quorundam indoctorum, qui vociferantur, nullam ethnicorum scriptorum mentionem in Ecclesiâ faciendam esse. Quod enim non officiat neque obstet citatio ethnicarum sententiarum, quae non pugnat cum verâ religione [vel cll. inf. P. 433.], ostendunt exempla Pauli et alior. graecor. et latinor. scriptorum. Quis enim ignorat, Paulum laudasse versiculos Epimenidis [Tit. 1, 12.], Euripidis [? - Menandri: 1 Cor. 15, 33.] et Arati [Act. 17, 28.]! Quis porro tantâ levitate est, ut ausit parum vel fidei vel reverentiae tri-

---

*) Vd. v. c. EFRWOLF. Diss. sup. l. (Dresd. 1837.) PP. 3. 4. Not. 2.: 'Quorum [profanorum] ratione habitâ nuper egregie hoc demonstravit GODFR. HERMANNUS in Progr. *De interpretis officio* (ad Seminarii reg. philol. Lips. instaurationem conscripti): Lps. 1833. 4^nis. Quanquam Viro Magnif., harum rerum sane principi, lubenter damus, boni interpretis esse, efficere, ut mens et verba scriptoris recte intelligantur [ib. P. 5.], ideoque, quae promat, *distincte*, *ordinate*, *simpliciter* et *apte* exponere [P. 7.]: tamen adhuc majus et altius quiddam requirimus in bono illorum inprimis, quos classicos vocant, scriptorum interprete, nempe ut non solum ipse sublimi, magno et calido boni, pulchri, venusti, decori et honesti sensu imbutus ad divinitatem [?] ejus, quem interpretatur, proxime accedat, sed etiam auditores lectoresve extollat'. [- At nonne hoc ipsum utrumque et in eo insit et per se ex ejus interpretatione fluat oportet, qui, quod HERMANN. postulavit, 'efficit, ut mens et verba scriptoris (- siquidem 'divinitate' istâ vere excellit! -) recte intelligantur', qui 'distincte, ordinate, simpliciter et apte exponit'? Unde WOLF. non tam 'majus et altius quiddam', quin idem, quod HERM., requirit; quam potius id quod in HERM.' desideris jejune expositis continetur et brevitatis causâ arte logicâ paululum latet, WOLF. propter rei gravitatem (nescio an magis rhetorice) evehit!] 'Id quod - pergit ILLE - praeclare pronunciavit WYTTENBACH. in Vitâ Ruhnkenii (cf. Vitt. Duumviror. Hemsterhusii et Ruhnkenii, ed. cur. LINDEMANN.: Lps. 1822. 8. P. 197.). Caeterum jamdudum omnia quae et scire et observare veterum scriptorum interpretem oportet, accurate pariter ac subtiliter comprehendit JOCLERICUS in Arte Crit. (ed. 5.: Amstelod. 1730. Vol. I.-III.), libro hodieque a [?] Philologis et Theologis lectu dignissimo. Profanorum enim graecor. et latt.^orum scriptorum lectione et interpretatione quemvis optime ad NTi lectionem et interpretationem praeparari, docet exemplum ALBERTII, Theologi Bat.: cf. WYTTENB. l. l. P. 123.. RUHNKEN. etiam statuebat, "sine germanarum graecar. literarum cognitione SS. Literas percipi non posse": vd. ib. P. 124. It. JOMICHELHEINZE., vir ab HERDERO (cff. *HERDER's WW. z. Philos. u. Gesch.*: X, 125.) magnis laudibus praecipue etiam ob subtilem NTi intelligentiam (vd. ib. P. 129.) ornatus, in Proms. Vim. 1779. ed. demonstravit, "Autorum Classicor. justam tractationem progymnasma esse interpretationis SS. Literarum": cff. EJUSD. Opuscc. Scholastt.: Gott. 1788. PP. 121.-132. Nuperrimus ejusd. sententiae exstitit fautor et defensor HOELEMANN. [in lib. l.]. Omnes autem insignes et vere pios Ecclesiae xt. doctores, ut ORIGENEM, BASILIUM M., GREGORIUM Naz., AUGUSTINUM ctt., LUTHERUM ipsum, MELANCHTHONEM ctt. per omnia p. Ch. n. saecula de hac optimâ viâ ad SS. LL. explicationem sternendâ consensisse studiose probavit CCTITTMANN. in Progr.: *De noxis ex inscitiâ linguarum rei xt.^ae illatis*: cff. EJUSD. Opuscc.: Lps. 1803. PP. 593., 596.' Ctt..

buere JUSTINO Mart., EUSEBIO Caes. et AUGUSTINO, quorum scripta habent in se miram rerum omnium varietatem: historias, fabulas, naturalia, rhetorica, mathematica, geographica, moralia, theologica'! - Neque facere potuimus, quin etiam subsequentia ejusd. STRIG. verba eâdem cum pietate sincerâ itidem nostram in rem nostroque ex animo huc transferremus: — 'Sed - pergit - omissâ longiore oratione in re manifestâ pium et candidum Lectorem obtestor, ut haec Ὑπομνήματα in bonam partem accipiat, ac, si quid dixi quod placeat, habeat gratiam Deo propter me; si quid non placeat, ignoscat mihi propter Deum, et minus commode dictis det veniam propter ea, quae recte dicta sunt. Errores vero si benigne emendarit ac sustulerit [- Censor], demerebitur et me et Lectores, qui confisi forsitan mihi fallerentur'. — Quotics enim harum paginarum lectionem copiamque in eas effusam repetiimus lustravimusque, toties quantum vidimus a formâ animo obversatâ supraque significatâ distare; quantum, quod jam nunc aliter se habere cupiamus, cui, si liceret, adderemus, limamve admoveremus; quâ in re non nisi inde solatii aliquid haurire contigit, quod cuivis operi humano nedum tam complicato imperfecti nota adhaereat *). Atque usu profecto ita discere fuit, quo magis quis res edoceatur, eo altius quid sibi desit illum sentire. Dum enim propter moram a *Τυπογράφῳ* operi illatam (vd. sup.) auctor inter istud formis descriptum quasi Stadium exegeticum (ut dogmaticum) amplius currere, et posteriores (easque ob id ipsum futuris istius judicibus in constituendam sententiae normam ante caeteras commendabiles) libri partes assidue relegendo eum quasi in altiorem perfectionis gradum adducere cernatur; tamen verendum est, ne prior Commentarii pars, maxime nostrâ aetate mobili illâ et usque nova anhelante, jam paululum senuerit.

Eandem istam veniam ex parte etiam externae libri formae petere debemus, quae ut item ad modum, qualem Editor S. V. voluit praeivitque, exprimeretur curavimus; sic quidem, ut itidem *primum* singulis, in quas Ep.ae Capita pro argumentorum inter se cognatione distributa sunt, portionibus majoribus earum summa (quasi *περιοχή*), ad singulos versûs descripta, praemitteretur; *deinde* eae ipsae per minores particulas describerentur, quibus *Παράφρασις* verborum deinceps interpretandorum (horum stamina singula velut unum in nodum constringens) inscribitur, cujus voces expressae literis, quas dicunt, *cursoriis* - graeca Ep.ae verba, *antiquis* - quod ad ista intelligenda conferat, *diductis* - quod in subjunctâ explicatione potissimum diffi-

*) Vere enim certe ex parte etiam Commentario nostro vindicare liceat, quae nuper GUILFREUND., Philol. Vratisl., in l. *Neue Jahrbb. f. Philol.* ctt. (edd. SEEBOD., JAHN., KLOTZ.) A.° 1837. XIX, 3. P. 306. majore cum jure de conficiendis modo non plane dissimili Lexicis monuit: 'Welchem Sterblichen wäre es vergönnt, in e.m aus so unendlich verschiedenartigen Elementen musivisch zusammengetragenen Werke nicht hier u. da e. unpassendes Steinchen einzutragen! Nur wer jemals selbst e. ähnl. Werk zu Tage gefördert, nur wer es an sich erfahren hat, dass d. gewissenhafteste, sorgfältigste Wachsamk. hier nicht vor Versehen zu schützen vermag, darf den ersten Stein ... erheben'.

cultatem moverit diverseve tractum atque uberius excussum sit nepraesentant. Ingens vero, in quam ipse totus Commentarius, praeter Praemonita Appendicesque singulis Capitibus circiter centenarum Paginarum volumen amplexus, excucurrit, moles, eaque ad minorum P.[i] Epp.[arum] unam congesta, (unde quantum partim majorum operâ gestum, partim in rebus exegeticis etiam elaborandum sit contestans,) praesidiis et logicis et τυπογραφικαῖς ita est digesta, ut eadem commodiori oculorum obtutui exhiberi vix potuerit. Sic tandem (cll. sup.) *partim* formis vel majusculis, iisque fere semper nostram gravioresque sententias referentibus nec non semitae ex tot scopulis tenebrisque usque in planum sudumque educentis quasi indicibus ducibusque (ad lacteae per coelos viae filive per textilia rubri instar) longe conspicuis; vel minusculis, reliqua exhibentibus et istâ ipsâ suâ figurâ festinantiorem Lectorem minus moraturis; - *partim* interpositis vel variarum Literarum singularum duplicumve, vel utriusque generis Numerorum, vel duplicis mensurae Linearum τύποις; *partim* triplicibus his παρενθέσεως signis: ( ), [ ] et ⟦ ⟧, qui crassiores uncі nostra alienis inserta verba notant; *partim* longiora argumenta vel in plures portiones (Punctis) dividendo vel in Notas delegando; *partim* literis, quas dicunt, vel diductis cursoriisve, vel uncialibus capitalibusve; *partim* accuratâ binarum Paginarum summae fronti inscriptâ locorum (vel, ut in Προλεγομένοις, rerum) in iis tractatorum notitiâ; *partim* denique locupletissimo Rerum et Verborum Indice; ctt. [cf. sup.] — effectum est, ut nostrae quamvis uberioris explicationis longe facilior futurus sit conspectus, quam v. c. CFAFritzschii S. V. Commentariorum. Quamvis vero signa ejusmodi multiplicata verbaque nimis saepe insignita, ut Lectorum attentioni parum confidentia, oderimus; tamen et singularis libri indoles et varia ingeniorum Lectorum nostrorum maturitas quodammodo coëgit, ut in istis copiosiores quam parciores essemus. Utinam quae majoribus τύποις exscripta sunt, plerumque nostra illa et ex tot aliorum sententiis verbisque externâ formâ (cll. sup.) prominentia, eadem internâ quoque virtute praegnantique aliquo sensu praecellant! — Quod initium finemque totius operis in officinâ τυπογραφικῇ multiplicandi intercessisse supra dictum est complurium annorum spatium porro in causis exstitit, quod id aliquoties in scribendis verborum literis [etiam interpunctione] sibi non constaret (ut in v. *Ideen* et *Ideeen*). Levius est, quod in aliis v. c. voces e graecâ linguâ deinceps in vernaculam translatas ab initio graecarum (ut *Charakter, praktisch*), deinde latinarum, ut per quam linguam graeca ad nos devenerunt, literarum formis germanicis (ut *Character, practisch*) describendas curavimus; gravius, quod v. c. ad l. 2, 6. v. ἴσα in NTo, ut apud atticos scriptores, unice recte scribitur, quamvis antiquiore tempore prima syllaba producta sit, ita ut v. c. apud Homerum semper legatur scribendumque sit ἶσα: vdd. Add. et Corrigg.

— Cujus ipsius Erratorum Tabulae, volumini affixae, amplitudinem Lector B. ideo non mirabitur et aequi bonique consulat, quod partim *σφάλματα τυπογραφικά* (ex parte etiam a fusi aeris Lineis

Punctisque, maxime hebraicis, inter excudenda posteriora exempla excussis profecta) in tam difficili variaque formarum (- ut *τύπους latinos* - unciales, capitales, majores, minores [utrosque et antiques et cursorios] -; *graecos* - majores, minores -; *hebraeos; syriacos* ctt.; item Numerorum latt.^{orum} et arabicorum - majores, minores - sistentium -) indole facillima fuere; partim operis auctori, erga laborem suum diligentiori benigniorique, omnibus pariter plagulis ultimam limam admovere non licuit, quae, ejus ope destitutae, (maxime in R. S. U.) CORRIGENDORUM *Καταλόγῳ* serie longiore conspicuae fiunt.

— Dum illum ipsum de externo libri nostri volumine tractaremus locum, in manus nobis incidit FRDJSPHGRULICHII, Archid. Torg., l.: *Ueb. d. Ironieen in den Reden Jesu*' ett.: Lps. 1838. 8.^{tis}, in quo (PP. 125. sq.) idem ILLE de librorum exegeticorum amplitudine maximeque, quo veneant, pretio gravissime conqueritur *). Cui Viro rerum theologicarum amantissimo quum superiora reputanda commendamus tum hoc dictum esse velimus, comparativum esse librorum apud bibliopolas pretium, et ex hac rei aestimatione nostrum Commentarium parvi constare, siquidem post eum multorum non solum *ἐξηγητικῶν* sed etiam *εἰσαγωγικῶν* adeoque *πρακτικῶν* (cll. sup.) voluminum Bibliothecâ haud temere speremus posse supersederi.

Etiam uberiora augmenta iste libri ambitus eo cepit, quod absolutae Ep.^{ae} explicationi ADDENDA, - istius operam, cui non parcere usque in consilio fuit, fere repetentia -, subjungenda fuerunt, si quid praetermissum esse videretur supplentia illa, propositas sententias hic illic confirmantia et ad explorandas fulciendasque istas excitantia, de Literis maximeque Commentariis recentissimis huc pertinentibus et hic absorptis ubique judicantia indeque, collato potissimum MATTHIESSIO, superiorem interpretationem multifariam ornantia: quae vero omnia ipsi praecedenti Commentario, - item recentiores interpretes pro judicatis, veteres pro recens editis sistenti, - ita adjuncta et quasi agglutinata sunt, ut jam inde quam pauca vere nova, per se stantia, accesserint possit colligi. Quare eadem in Rer. et Verbor. INDICE tunc demum, ubi res graviores tractarentur, respici debuerunt, quum

---

*) Ita: '.. Bitte, u. spreche sie hiermit aus im Namen aller Prediger u. Candidaten, dass doch d. achtbaren Gelehrten, welche uns d. Verständniss der xstl. Offenbargsurkunden öffnen wollen, den vielen unnützen u. beschwerl. Ballast aus ihren Werken entfernen u. für sich behalten, od. anderswo zur öffentl. Prüfg ausstellen möchten: ich meine d. gewagten Hypothesen, besonders d. weitläufige, zerstreuende Aufzählg u. Prüfg aller verschiedenen Erklärgen, von denen viele gar keiner Erwähng würdig sind. ... Durch jene Ueberfüllg der Commentare, die für uns. Bedarf bestimmt sind, wird uns nicht allein e. fruchtbare Benutzg der Quelle [?] ungemein erschwert, sond. auch d. Ankauf der Werke, wenn sie nun zu grossem Volumen u. mehreren Bänden aufschwellen, ganz unmögl. gemacht. Ach, wenn doch die gelehrten Vff. den Ruf ihrer sonst bekannten Gelehrsamk., uns.r Armuth zu Gunsten, liebreich beschränken wollten! ... Ab. das ist nun einmal d. traurige Vorzug uns.r Zeit, worüb. schon Plinius klagt, wenn er von d. damaligen Uebermaass der röm. Literatur urtheilt: copiis nostris laboramus'.

illa ipsa Addendorum argumenta quasi iis in locis vere perscripta cogitanda sint, ad quae adjectâ accuratissimâ Paginarum Linearumque notitiâ referri jubentur *).

*) Caeterum exhauriri vix posse haec additamenta usque aucta, testentur, quae porro huc adscribere placet:

Ad P. XVI. L. 22. ab in.: Id. STEIN. eand. sententiam [: '*im Sommer LXIII. zu Rom, - wie Eph., Col. u. Philem.*'] repetiit in RÖHRII *Magaz. f. exstll. Prediger* X, 1. P. 30. (: '*Ueb. d. Zeit der Abfassg des Br. P. an d. Gal.*': quae ad Gal. Ep. mense Febr. vel Mart. A.[1] p. Xt. n. LIX. Corinthi, vel in Macedoniâ et quidem vel Philippis vel Thessalonicae composita esse ibi docetur.)

- P. 47. L. 10. a f.: cf. id. LTH. v. c. Provv. 14, 5. 16. 2 Pt. 2, 10.
- P. 68. post L. 5. a f.: Uberiora vdd. in FRITZSCH[iorum] Opuscc. acadd. (Lps. 1838.); in quibus CFAFR., Theol. Rostoch., 'De potestate vcblor. ἀποκαραδοκεῖν [a κάρα et δοκεῖν (neque δοκεύειν), unde=capite observare, s. suspenso animo exspectare], ἀποκαραδοκία et ἀπεκδέχεσθαι' (PP. 150. - 157.) P. 156. ita: 'Sequitur exspectandi significatus, quem καραδοκεῖν habet. Quâ vi retentâ ἀπό in ἀποκαραδοκεῖν tria maxime designat: *a*) simpliciter *locum, unde* aliquid opperiaris; deinde *b*) *constantiam, perseverantiam, securitatem* et similes notiones, quae e cogitatione, exspectari rem aut rei eventum ex aliquo loco, facile fluunt (cf. vern. *abwarten*); postremo *c*) locum, unde rem praestoleris, sed ita, ut *haec notio delitescat*'.
- P. 70. L. 17. a f.: cf. Jo. 7, 4., cll. 3.
- P. 117. L. 15. a f. add. 1 Pt. 5, 5.: πάντες ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε: de quo l. vd. CFAFRITZSCH. in FRITZSCH[ior]. Opuscc. acadd. l. PP. 259. - 275.
- P. 170. L. 5. a f.: Observetur, ut ne unum quidem nostrorum cogitatorum ex se ipso pariatur, sed potius omnia, nisi externis rebus excitentur, ex prioribus quibusdam pendeant, denique item per res extrinsecus effectrices mota, quarum supremum auctorem Deum esse nemo negabit. Cuivis porro cogitationes ex animo ipsius assurgentes dirigere licet, cujus, si ad bonum fit, regiminis a xtiano homine itidem in Lege divinâ unica causa quaeri potest. Inde τὸ θέλειν justi rectique, quod solum nunc cogitare licet, vere divinum opus. Τὸ ἐνεργεῖν vero, partim e consiliorum robore constantiâque, partim item ex rebus faventibus externis suspensum, utroque respectu esse divino auxilio tribuendum, multo facilius concedetur.
- P. 178. L. 5. ab in.: Graeco σχολιός (de quo vd. Comm.) LTH.[1] 'unschlachtig' tunc optime respondet, si hoc ipsum a verbo *schlecht* s. *schlicht* i. e. rectus (*gerichtet, richtig, recht*) petatur.
- P. 245. L. 15. ab in. cf. Hom. Od. μ', 439. sq.: ἀνὴρ ἀγορῇφιν ἀρίστη, Κρίνων νείκεα πλ..
- P. 250. L. 17. ab in.: Sententiam illustret dictum aeque acutum Lc. 14, 26.: εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ . . . οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.
- P. 272. L. 24. ab in. add. JoERNRUDKÄUFFER. (De biblicâ ζωῆς αἰωνίου notione: Dresd. 1838. P. 96. sq.): 'Adversa, inquit P., tolero, εἰκὼς πατεντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν: - sic [?] enim c. LCHR. ex optimis Cdd. [?] legendum: cf. etj. RINCK. Lucubr. P. 186.': cujus, si vera esset, lectio sensum similem pareret, qualis in Comm. P. 263. LL. 4. sqq. *d*) vocabulo ἀνάστασις tribuitur.
- P. 289. post L. 12. a f. cf. AGRUDELBACH. in lib.: *Reformation, Lutherth.* ctt. (Lps. 1839.) PP. 460. sqq..
- P. 290. L. 25. a f.: RUDELBACH. l. l. P. 461.: 'Zu ds.[r] Erkenntniss der rechten Gestaltg u. Bedinggen d. Xtenlebens, der innerlich bildenden Kraft d. Todes u. der Auferstehg Xsti [vd. sup. 3, 10. 11.] gelangt: - τέλειος nach ächt-paul. Sprachgebrauch' (. . . Hbr. 6, 1.) Die, welche nicht nur den Glauben überhaupt erfasst haben, sond. auch den inneren Organismus, d. stete Beziehg desselben auf d. Entwicklg d. xstl. Lebens erkennen. (D. τε-

Quâ contra imminuendo Commentarii volumini operam dedimus, multorum verborum compendiariâ scriptione, ejus rationes et series vdd. in SIGLORUM Interpretatione, huic Praefationi sub-

---

λείωσις [*τελειοῦσθαι*] . . u. d. *τελειότης* hier sind wohl zu unterscheiden; jene bezieht sich auf d. Vollendg des Xsten überhaupt, die in ds.m Leben, als e.m transitus, nicht Statt findet; ds. auf d. xstl. Erkenntniss. (So hat schon HIERON. mit feinem u. sicherem Tact' unterschieden: . . quicunque perfectus est, hoc sentiat, vetera sc. obliviscendo et nova sectando [– vd. inf. *B.* –], quia perfecti debent esse discipuli Xti, licet superius de perfectione praemii, hîc vero de scientiâ sit locutus'.)

Ad P. 291. L. 14. a f.: Add. HIERON.: '*aliter* inquit, non *aliud*, h. e. alia assertione, non fide'. It. RUDELBACH. l. l. P. 460.: 'Es ist gewiss mehr als unverantwortl., d. St. so zu deuten, als ob d. Ap. *ἕτερον* statt *ἑτέρως* geschrieben hätte; was offenbar der Missgriff ist, wenn m. hieraus Etwas folgern will für d. vage Ansicht der Glaubenssätze, als Product e.r individuellen Ansicht od. äusserl. Uebereinkunft'.

– P. 292. L. 3. ab in.: Optime etj. RUDELB., vd. sup., P. 461.: 'Sollte es unt. Euch welche geben – (das Beschränkende in ds.m Satze ist gegeben durch das vorhergeh. *ὅσοι* [– item in praesenti *εἰ*! –]) — wie es denn gewiss deren in Philippi gab — die zu ds.r Stufe der Erkenntniss nicht hindurch gedrungen sind'.

– P. 293. L. 4. ab in.: RUDELB. l. l. P. 461.: 'Das wird Gott selbst (– allerdings, wie die Ausleger uns.r Kirche gewöhnlich hier verwahrend hinzusezzen, durch d. ordentl. Mittel d. Worts, als d. Regel uns. Glaubens, nicht durch unmittelbare u. ausserordentl. Offenbargen [vd. sup.] –) Euch in der Führg Eures Xstenlebens klar machen, sintemal es e.m jeden redlich Ringenden offenbar werden wird, dass jenes (d. Tod u. d. Auferstehg Xsti [cll. sup. vss. 10. 11.]) die zunächst bestimmenden Momente d. xstl. Strebens nach d. Vollkommenh. sind'.

– P. 295. L. 22. ab in.: Non sine momento ad v. RUDELB. l. l. P. 462.: 'D. Regel, darin durchaus vollkommene Uebereinstimmg herrschen muss, ist nach bekanntem kirchl. Sprachgebrauch' sowohl als dem Sinne des Ap. [Gal. 6, 16.] keine andere, als d. *Glaubens*regel. . . (Namentl. legen d. KVV. e. grosses Gewicht darauf, dass d. Regel d. Glaubens so beschaffen sei, dass *Nichts* davon *hinweggenommen* u. *Nichts hinzugesetzt* werden könne. So z. B. IREN. Haer. 1, 9.: *ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἴληφε. . . .* THEOD. [ad l. n.]: *κανόνα τὸ εὐαγγελικὸν ἐκάλεσε κήρυγμα· ὁ δὲ κανὼν εὐθύτητος ὅρος, οὐδενὸς προσδόμενος.* [ID. ad Gal. 6, 16.:] *κανόνα ἐκάλεσε τὴν προκειμένην διδασκαλίαν, ὡς εὐθύτητι κοσμουμένην, καὶ μήτε ἐλλεῖπόν τι, μήτε περιττὸν ἔχουσαν.* CHRYS. [ad l. n.]: *ὁ κανὼν οὔτε πρόσθεσιν, οὔτε ἀφαίρεσιν δέχεται, ἐπεὶ τὸ κανὼν εἶναι ἀπόλλυσι.*)

– P. 296. L. 17. a f. add.: — *F*) in fide vitâque xtianâ consentiant, si vel in hujus degendae causis etiam discrepent: RUDELB. l. l. P. 462.: '*πλήν* tl. besagt offenbar, dass insofern üb. d. Beziehgen der Motive zum xstl. Leben e. unvollkommene Erkenntniss ohne Beeinträchtigg d. Glaubens Statt finden könne, als wir üb. den wesentl. Inhalt d. Glaubens grundeinig sind: wonach dann unt. e.m gewissenhaften Wandel vor Gottes Angesicht u. Gebrauch' s. heil. Wortes auch d. Licht in d. Seele strömen wird, welches uns. Leben, das mit Xsto in Gott' verborgen ist, erleuchtet' [– cf. Jo. 7, 17.].

– P. 306. L. 24. ab in.: It. Sallust. v. c. Catil. 1.: 'veluti pecora, quae Natura prona atque ventri dedita finxit'. – 2.: 'Multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique, vitam sicuti peregrinantes transiere, quibus profecto, contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit: eorum ego vitam mortemque juxta aestimo' ctr..

– P. 326. L. 17. ab in. (cll. P. 5. L. 17.): Cf. CHAS. *Theoll. Streitschriften*: Fasc. 2. (Lps. 1836.) Cp. 3. P. 35.

– P. 345. L. 15. ab in.: Haud male BENG.: 'cor, sedes cogitationum'.

junctâ. In quorum usu, cum progredienti opere usque frequentiore ac sibi constantiore, item diligenter cavimus, ne per haec ipsa scripturae compendia aliqua obscuritas existeret, ad quam tollendam istis parcere maluimus; ubi contra maxime Periodorum ordo planus esset plenaeque voces ex decurtatis facillime colligi possent, hanc facillimam signorum explicationem Lectoribus (fortasse istis ipsis siglis ad animum rebus magis intendendum excitandis) reliquimus (- quam ipsam in rem etiam justa nominum germanicorum flexio grammatica [v. c. *Gotte,* vel *Gott'* pro *Deo*] multum valuit).

Quo, ante Corrigenda, opus nostrum clausimus, in INDICE Rerum et Verborum triplici officio satisfieri voluimus; *primum* ut ad res in libro tam ample, extra hanc Praefationem, tractatas singulas facilis aditus esset; *deinde* ut nonnulla, maxime de priore Commentarii parte (plerumque arctius adstringendo) loco non incommodo leviter emendarentur, eoque liber totus unitati propior fieret (unde idem Index cum progrediente Commentario a singularibus magis ad universalia transit ibique subsistit); *denique* ut plurimorum, quae in his indicibus tractantur, argumentorum seu ad Lexica seu ad historiam (etiam explicationis) seu alio pertinentium, velut in nucc propositorum, et brevem (- unde etiam quos collectivos ajunt Articuli vdd. v. c. *Christus, Ἐν, Paulus*, all. -), et dignum, et ex quo etiam solo aliquid discere possent, Lectores haberent conspectum. — Eodem hoc obiter notamus, quod libellus *De Bibliorum Dictorum genere exegetico*, cujus publice defensâ Particulâ priore eâque inaugurali (cum addîtâ alterâ inscriptione: *Interpretationis Epistolae ad Philippenses Paulinae specimina ac symbolae:* Lps. 1831. 8.^{vis} maj. 32. PP.) 'Magisterii Lips. jura optima' rite obtinuimus, in pleniore hocce Commentario, — id quod ipse ille Index ad vocem DIETERUS, cujus 'charrationis [ut est in istâ Dissertat. inaugurali P. 2.] in adornandâ hac explicatione de causis minus exegeticis historicisque quam προπαιδείᾳ diligentiorem habuimus respectum', testetur, — pro absoluto haberi, atque ipse *Prodromus* continuâ alterâ aliquâ particulâ destitui et potius in hanc majorem ubertatem abiisse censeri queat [- cf. Jo. 3, 30.]. In eodem isto Indice loci reliquorum, praeter Ep. ad Philipp. datum, librorum biblicorum in Commentario illustrati tum demum commemorati sunt, si aut amplior de iis disquisitio instituta aut explicationis eorum finis in Ep.^{am} nostram gravioris esset momenti.

Superest, ut de lingua, quâ totus Commentarius conceptus est, tribus verbis dicatur. Quae prima de primo nostro eoque sat juvenili celeriterque scripto libello latino [*De interpretatione sacrd*

Ad P. 367. L. 9. a f. add. Sallust. Cat. 5. [de Catilina]: 'corpus patiens inediae, algoris, vigiliae, supra, quam cuiquam credibile est'.

Porro ut novissimae (i. e. 4.^{tae}) editionis Grammatices in NT. GUIL. BENED. WINERI (Lps. 1837. 8.^{vis} maj.) [quamvis tertiae, apud nos laudata, etiam in plerorumque Lectorum manibus versari censeri possit]; item EUSEB. libri *Bibl. Real-Wörterbuch* ed. 2., cujus priorem partem diligenter respeximus, etiam alterius nuperrime absolutae partis auxilium nobis non obtigisse, est quod doleamus. — Denique hoc loco memorandus, quocum libro certe qua ejus inscriptionem noster aliquâ necessitudine gaudet, BERNHARDI Progr. *De Epistolae ad Philippenses Gentis indole Philippi.*

ctt., vd. sup.] (in l. '*Annall. der gesammt. Theologie* ctt. III. 2; 1. m. April. 1832. PP. [27.-34.]) a V. D. lata est sententia in aliis orationem nostram latinam vere 'classicam' (*'ächte Classicität im latein. Ausdrucke'*) praedicare non dubitavit, quam tamen eandem alius eorundem tirociniorum nostrorum Censor acerbior (in RHEINWALDI *Allgem. Repert. für d. theol. Lit.* ctt. XII, 2. [1836.] PP. 114. sqq.) –, quamvis ipsum istorum argumentum ut acrimoniae et dexteritatis exegeticae testificationem [P. 116.: '*d. gegebenen Bemerkgen legen von exegetischer Schärfe u. Geschicklichk. e. gutes Zeugniss ab*'] benigne laudavisset, – sententias nimium contorquere et ad intelligendum difficiliores reddere dixit. Neque est cur diffiteamur, assidua et aliquamdiu fortasse nimia nostra fuisse studia brevitatis (quam neque in majore hocce libro desideratum iri speramus) et numeri orationis; in quam vero reprehensionem ne hic Commentarius incurreret, sententiarum verba latius explicando distinendoque magis magisque cavere in animo fuit. Rogatos vero velimus Censores gravissimos, ut ne aliorum verba a nobis recepta nec nunquam signis nostris ('...') notata pro nostris habeant atque judicent. Caeterum — praeterquam quod in libro theologico ejus etiam latini sermonis ratio habenda fuit, qui per sublimis hujus disciplinae decursum ex ejus naturâ, ubi opus erat, deinceps creari, sanciri et jure suo obtinere debebat (cujus usurpandi, maxime in *Παραφράσει*, de quâ vd. sup., nobis probe conscii fuimus) — hujus in NT. Commentarii Ven. Editor in ejusdem *Notitiâ* (P. 23.) sermonem latinum sibi operisque socîis proposuit, qui (ut scriptio compendiaria: vd. sup.) 'nostro Commentario usuris majorem diligentiam atque exercitationem etiam extorqueret'. Graecas voces adeoque literis latinis *) tunc plerumque inserere maluimus, si illae significantius dicerentur et latinâ formâ minus in usu fuissent; vernaculas vero dictiones et expositiones, adeoque interdum sola ea, quae antea sermone Commentariis hisce proprio explicata essent, simpliciter repetentes, interpositas tunc admisimus, si vel germanica ista item ante caetera significanter se haberent, vel interpretes vernaculi suo *ἰδιώματι* loquentes inducendi essent maximeque ullâ in re diligentiores elaborasse viderentur, vel denique ut Lectoribus sive in arte exegeticâ minus exercitatis sive linguae romanae parum gnaris gratificaremur.

*) Contra Syllabas in diremtis vv. latt. non a pluribus novam Lineam incipere jussimus literis, quam quot easdem vocabulum ullum latinum a fronte pronunciandas gereret: a quâ lege *Τυποθέται* raro aberraverunt.

* * *

Denique assidue a Domino nostro precemur, ut Ecclesiae suae, cui utcunque excubare avemus, difficillimam in saeculis militiam pro sapientissimâ suâ benignitate mox in beatum perennemque vertat triumphum.

Ita valete, LL. BB., et studia nostra favente animo prosequimini.

DD. Cygneae Dom. III. Advent. Christi A. R. S. *CIↃ IↃ CCCXXXVIII.*

SIGLORUM

INTERPRETATIO.

[*Quae explicatione non egebant, ut vel usu etiam frequentiore recepto vel rei natura maximeque ex contextis verbis ad intelligendum facilia, praetermissa sunt.* *)]

A. (AA.) = Annus *etc.* (Anni *etc.*).
a. = *alt* (raro et explicantibus verbis contextis).
ab. = *aber*.
ab in. (init.) = ab initio.
Abl[at]. = *Casus* Ablativus *etc.*.
Acc[us]. = *Casus* Accusativus *etc.*.
act. = activus, active *etc.* (*vocab. Grammaticor.*).
Adj[ect]. = *Nomen* Adjectivum *etc.*.
adv. = adversus.
Adv[b]. = Adverbium *etc.*.
advers. (adverss., advv.) *etc.* = adversante (adversantibus) *etc.*.
AEd. = J. G. am Ende. (*Vidd. inf. Ep.ae* Interpretes.)
Aeth. = *Interpres* Aethiops.
a f. = a fine.
AG. (s. *Ap.-G.*) = *Apostel-Geschichte*.
Agstn. = Augustinus.
AKZ. = *Allgemeine Kirchenzeitung* (edd. - post Ern. Zimmermann. - Car. Theophil. Bretschneider. et Geo. Zimmermann.: Darmstad.).
al. (all.) = 1) alibi; 2) alius (alii, *etc.*); 3) aliquis (*etc.*).
Al. Uebersz. = *Alexandrinische Uebersetzer* simil. (raro).
aliq. *etc.* = aliquis *etc.*.
allgem. = *allgemein*.
and. (*andd.*) = *anderer* (*andere*) etc..
Andtg[*en*] = *Andeutung*[*en*] (raro).
Aor. = Aoristus *etc.*.
Ap., App. = Apostolus *etc.*, Apostoli *etc.*.
ap. = apud.
ἁπλγμ. = ἅπαξ λεγόμενον (id. q. ἅπαξ εἰρημένον).
Apost., apost. = Apostolus *etc.*, apostolicus *etc.*.
Ar[ab]. = *Interpr.* Arabs [Arabes].
AT[*l*]. = *Altes Testament* (*alttestamentlich*).
att. *etc.* = atticus (-e) *etc.*.
Ausg[*g*]. = *Ausgabe*[*n*].

---

b. = *bei* (raro).
-b. = *-bar* etc. (raro).
Bedtg[*en*] = *Bedeutung*[*en*] (raro).
Beisp[*p*]. = *Beispiel*[*e*].
bez. = *beziehen* (raro).
Beshg = *Beziehung* (raro).
bish. = *bisher*[*ig* etc.] (raro).
Br. (*Brr.*) = *Brief*(*-e*).
Brt[schn]. (Br.) = Car. Theophil. Bretschneider. (*Theol. Gothan., cujus respicitur* Lex. man. NTi, ed. II.: *Lps.* 1829.)
Bz. = Beza. (*Vidd. inf. Ep.as Interpretes*).

---

c. = 1) cum; 2) Comma [κόμμα] (*idem quod Versus*) [raro].
Calov. = Calovius. (*Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.*)

---

*) Praenominum literae primae vulgo ipsi nomini, non interpositis Punctis, praemissae sunt. Terminationem vcblor. germm. *-ung* solâ literâ *g* (sine Puncto, et in Num. Plur. per *-gen*) exprimi solita est. Signum .. (nisi cum aliis Punctis omissorum vcblor. loco est) compendium scripturae simulque Periodi terminum significat; contra sign. –, quod *inter duos numeros* interest, seriem a primo usque ad alterum intermediam eamque continuam describit. [- Denique vd. inf. P. 495. Not. .]

Cas. = Casus.
Cd. (Cdd.) = Codex (Codices) *etc.*.
Cf[f]. (cf[f].) = Confera[n]tur (*raro idem quod* confer).
CHRYS. = CHRYSOSTOMUS. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
Chth. = *Christenthum.*
Χτός = *Χριστός.*
cll. = collato, collatis *etc.*.
Cm. (cm., Cmm. *etc.*) = Comma(ta) [*idem quod Versus*: *cll. sup.* c.] *etc.*.
coll[ect]. = collectivus *etc.* (*Grammaticorum vocab.*).
Comm[ent]. = 1) Commentarius; 2) *idem quod* Cm., *quod vid.*.
Conj. = 1) [*etiam* Conjug.] Conjugatio; 2) [*etiam* Conjunct.] Conjunctivus *Modus.*
CORN. A LAP. = CORNELIUS A LAPIDE. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
Cp. (Cpp.) = Caput (Capita) *etc.*.
ctt. = caetera (*idem quod alibi* etc.).

D. (*DD.*) = *Dein*[*e*] etc. (raro).
d. = *der*, *die*, *das* etc..
dass. = *dasselbe* (vd. *ders.*).
Dat. = *Casus* Dativus *etc.*.
del[l]. = delen[n]tur (*raro*).
dergl. (*d*[*r*]*gl.*) = *dergleichen.*
derj. (*diejj.*) etc. = *derjenige* (*diejenigen*) etc..
ders. etc., *diess.* etc. = *derselbe* etc., *dieselben* etc. (unde etiam *dess.* idem quod *desselben*). [It. in compositis, v. c. *ebenders.* etc..]
desw. vel *desw*[*e*]*g.* (*derow.*) = *deswegen* (*derowegen*) [raro].
d. h. (*H.*, s. *hl.*) = 1) *das heisst*; 2) *der* (etc.) *heilige.*
D(I)v. = Divus; *contra* - div[v]. = divinus [*etc.*]; - divers. = diversus (*etc.*).
DÖD. *vel* DÖDERL. = JOANN. CHRISTOPH. DÖDERLEIN..
dr., drr. = dicitur, dicuntur (; q. dr. = qui *etc.* d.).
ds. dss. = *dieser* etc., *diese* etc..
DT. = GUSTAV. FRID. DINTER. (: *cujus respicitur lib.*: *Schullehrer-Bibel*: Neustad. ad Oril.: AA.[is] 1823.-28.).
DWT. = GUIL. MART. LEBER. DE WETTE, *Prof. Basil.* (: *cujus contulimus D. heil. Schrift, übersetzt* [*ed. 2.*]: *T. III. Heidelb.* 1832.).

---

e. = *ein* etc..
ead. = eadem. (*Porro* - eaed. = eaedem; - earund. = earundem; - easd. = easdem; - ejusd. = ejusdem.)
ebenf. = *ebenfalls* (raro).
Ej., ej. = Ejus, ejus.
eid. = eidem; *item* - ejusd. = ejusdem; - eorund. = eorundem (: *vid. sup.* ead.).
einn. = *einige* (raro).
ELS[N]. = ELSNER. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
entg[*e*]*g*[*en*]*s.* = *entgegensetzen* etc.: conf. *gg.*.
eod. = eodem; - *item* eosd. = eosdem (: *conf. sup.* ead.).
Ep. (ep., Epp.) *etc.* = Epistola(e) *etc.*.
ER. = DESID. ERASMUS. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
erkl. = *erklären* etc. (raro).
ERN. = JOA. AUG. ERNESTI..
ESCHMID. = ERASMUS SCHMID.. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
Ev., Evgl. = Evangelium *etc.*.
ev., evglc. = evangelicus *etc.*.
Ex Hdb. (*vel* ExHdb.) = *EXEGETISCHES HANDBUCH.* (Vidd. inf. Ep.ae INTERPRETES.)

---

f. (*ff.*), *flg.* (*Flg. folg.*) etc. = *folgend*[*e*] etc..
FAGKR. = FRID. AUG. GUIL. KRAUSE. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
fin. = (*Verbum*) finitum.
FL. = JOA. FRID. VON FLATT. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)
Fut. = *Tempus* Futurum.

Gebr., *gebr.* etc. = *Gebrauch*, *gebrauchen* etc. (raro).
Gegens. = *Gegensatz* (raro).
gegenw. = *gegenwärtig* etc. (raro).
gg. = *gegen* (: item in vocabb. compositis, ut *hingg.*, *wogg.* etc.).
Gem. [*Gemm.*] = *Gemeinde*[*n*].
Gen[it]. = *Casus* Genitivus *etc.*.
Gr. = 1) Gradus; 2) Grammatica.
gr[aec]. = graecus *etc.*.
GT. = HUGO GROTIUS. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)

H. = 1) *Heilig* etc. (vid. *h.*); 2) *Herr.*
h. = 1) [etiam *hl.*] *heilig*; 2) [raro] *heisst.*
-h[*h*]. = *-heit*[*en*].
hbr. *etc.* = hebraicus *etc.*.
Hdi. = Herodianus.
Hdt. = Herodotus.
hern. = *hernach* (raro).
HES. = HESYCHIUS *Alex.* (: *cujus Lexicon laudatur*).
HM. = C. A. HEUMANN. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)

Hnr. = Joa. Henr. Heinrichs. (*Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.*)
H[o]m. = Homilia (*raro*); *contra* Hom. = Homerus etc..
Hpt- (in verbis compositis) = *Haupt-* (raro).
HS. [*HSS.*] = *Handschrift*[*en*].
h. s. = (hic sensus,) hoc sensu.
h. V., *hh. VV.* = *heiliger Vater*, *heilige Väter*.
H.-Xst[*en*] etc. = *Heiden-Christ*[*en*] etc..

Jasp. = Godofr. Sigismund. Jaspis. (: *cujus innotuit Versio lat. Epp.arum NTi* [*adspersâ hic illic Annotatione*]).
id. *etc.* = idem *etc.* (*vid. sup.* ead.).
i[d]. q. = idem, qui (quod) *etc.*.
Jem. = *Jemand* etc..
JFKr. = Joa. Frid. Krause. (: *cujus respiciuntur Opuscula Theoll.: Regiom.* 1818. *PP.* 1.-36.).
יהוה = יְהוָה.
iid. = iidem; *item* - iisd. = iisdem (*vid. sup.* ead.).
Imp[erat]. = Imperativus *Modus*.
Ind[icat]. = Indicativus *Modus*.
Inf. (inf., inff.) = 1) Infinitivus *Modus*; - 2) infra; - 3) inferior[es] *etc.* (*raro*).
insof. = *insofern* (raro).
int. (intt.) *etc.* = interpres, interpretes *etc.* (*raro*).
intp[p]., intpt[t]., intptament. *etc.* = interpres *etc.*, interpretari *etc.*, interpretes *etc.*, interpretatio *etc.*, interpretationes *etc.*, interpretamentum *etc.*.
intr[ansit]. = intransitivus *etc.* (*Grammaticor. vocab.*).
Jo[a]. = Joannes.
it. = item; - iid. = iidem.
jud. *etc.* = judaeus *etc.*.
J.-Xst[*en*] etc. = *Juden-Christ*[*en*] etc..

κ. = *καί* (raro).
k. [*kk.*] = *kein*[*e*] etc..
-k. [*-kk.*] = *-keit*[*en*].
KLehrer = *Kirchenlehrer*.
KV. [*KVV.*] = *Kirchenvater* [*KVäter*].

-l. [*-ll.*] = 1) *-lich*[*e*]; 2) *-lig*[*e*]; 3) *-lisch*[*e*].
Lc. = Lucas.
Lchm. = Car. Lachmann. (: *cujus respicitur Nov. Test. graece: Berol.* 1831.).
lg. *etc.* = legatur *etc.*.
l. [lib.] l. = locus [liber] laudatus *etc.*.
Lps. = Lipsia *etc.*.
Lth. = Mart. Lutherus.
Luci. = Lucianus.
Lxx. = Septuaginta (*Interpretes*).

---

m. = 1) (vulgo) *man*; 2) *mein*[*e*], (*mm.*: *meine*) etc. (raro).
m. AA. = *mehrere Andere* (raro).
Marc. = Marcion.
Matthi. = Aug. Matthiae. (*auctor Grammaticae graec.*).
Mc. = Marcus.
Mchl. (*et* Mich.) = Joa. Dav. Michaëlis. (*Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.*)
μεταφυσ. = *μεταφυσικός* etc..
ms[.] = *meines* etc. (raro).
Ms. (Mss.) = [*Liber*] Manu scriptus (*etc.*).
Mt. = Matthaeus.
Mtth. = Chr. Frid. de Matthaei (*Editor NTi*).

---

n. = noster *etc.* [*Grammaticor. sensu*; *raro*].
NF. = Novum Foedus (*idem quod* NT., *quod vid.*) *etc.*.
nim. = nimirum (*quo vocabulo aliquoties ad Scholiorum morem usi simus*).
Nöss. = Joa. Aug. Nösselt.us.
Nom[inat]. = *Casus* Nominativus *etc.*.
np. = nempe (*quo vocabulo aliquoties item ad Scholiorum morem usi sumus*).
NT. *etc.*; *NT.* etc. = Novum Testamentum *etc.*; *Neues Testament* etc..
Num. = Numerus (*Singul.*, *Plural.*).

O. (M.) = Optimus *etc.* (Maximus *etc.*).
ob. = *oben* (raro).
obj[ect]. = objectivus *etc.* (*Philosophor. vocab.*).
Oec. = Oecumenius.
opp. = oppositum *etc.*.

P. = 1) Paulus Apost. *etc.*; 2) Pagina (*etiam* p.); 3) Pars; 4) [*raro*] Pater (*Deus*).
Part[icul]. = Particula (*vocab. Grammat.*).
Pass. = Franc. Passow. (: *cujus Lexicon* [*ed.* 4.; *Lips.* 1831.] *respeximus*).
pass. = passivus, passive *etc.* (*vocab. Grammaticor.*).
Perf. = *Tempus* Perfectum.
Pers. = Persona (*sensu grammat.*; *raro*).
Phavor. = Phavorinus.
Phil[ipp]. = 1) Philo *Jud.*; 2) (*etiam* Phil.es *etc.*) Philippenses *etc.*; - 3) *additis duobus numeris*, *Caput et Versum dicentibus*, *iisque Commate distinctis*, *significatur Ep. ad eosdem* Philippenses; *addito uno numero*, *Versum indicante*, *est Ep. ad* Philemonem.
Plur[al]. = *Numerus* Plurâlis.
PP. = Patres (*etc.*) *Ecclesiae*.

pr. = proprie (raro). (Contra a pr. m. = a prima manu.)
Praep[os]. = Praepositio.
Praes. = Tempus Praesens etc..
Praet[erit]. = Tempus Praeteritum etc..
prob[o]. = probante (probantibus).
prof[f]. = profanus (profani) etc..
Pt. [I. II.] = Epistolae Petrinae.

q. vd. etc. = qui etc. videatur etc..

Raph. = Raphelius. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)
recus. = recusus (i. e. denuo τύποις exscriptus) etc..
Rew. = Frid. Henr. Rheinwald.. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)
Rel[ig]. = Religio[n] etc..
relig. etc. = religiōs etc..
resp. = respecto etc. (raro).
Rm. = Epistola P.i ad Romanos.
Rsm. = Joa. Georg. Rosenmuellerr. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)

s. = 1) sive; 2) supra (raro).
s. [ss.] = sein[e] etc..
sc. = scilicet (: quo vocabulo aliquoties ad Scholiorum morem usi sumus).
-sch. = -schaft.
Schr. = [Heil.] Schrift (raro).
Schr. = Carol. Schrader. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)
Scht. = Henr. Aug. Schottus (: cujus respeximus NTi Versionem: ed. 3. Lips. 1825.).
Schttg. = Chr. Schöttgenius.
scr. = scribatur etc..
Sf. = Joa. Christi. Seyfert.. (Vidd. Addenda.)
s. g. = sogenannt etc..
sim. (simm.) = similiter, similia etc..
simpl. = simplex etc..
Sing[ul]. = Numerus Singularis.
snd. (sond.) = sondern.
sns. = sensus etc..
sogl. = sogleich (raro).
Sprachgebr. = Sprachgebrauch (raro).
SpSct. etc. = Spiritus Sanctus etc..
s[e]q. (sqq.) = sequens, sequenti etc. (sequentes, sequentia [sequentibus] etc.).
ss. = 1) vid. s.; 2) sanctissimus etc., vel sacrosanctus etc. (raro).
SSa etc. = Scriptura Sacra etc..
st. = steht (raro et explicantibus verbis contextis).
Stz. = Stolz. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)
subj[ect]. = subjectivus etc. (: Philosophor. vocab.).
subint. = subintelligitur etc. (raro et quod vocab. Scholiorum mori indulsimus).
subs[e]q. etc. = subsequens etc. (vid. sq.).
sup[p]. = 1) supra; 2) superior[es] etc. (raro).
s. v. a. = so viel als.
Syr. = Interpres Syrus.

τ. = 1) τὰς etc. (raro); 2) τοῦ etc. (item raro).
Tert. = Tertullianus.
Th. (Thess.) [I. II.] = Epistolae P.i ad Thessalonicenses.
-th. = -thum.
Thdt. = Theodoretus. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)
Thl. = Car. Godofr. Guil. Theile, Prof. Lips., Editor.
Theph[l]. = Theophylactus.
τλ. = [καὶ] τὰ λοιπά.
Tm. [I. II.] = Epistolae P.i ad Timotheum.
trans[it]. = transitivus etc. (Grammaticor. vocab.).

u. [A. (AA.)] = und [Anderes etc.].
üb. = über.
überh. = überhaupt (raro).
übers. = übersetzen etc. (raro).
unt. = unter.
urspr. = ursprünglich etc. (raro).
usw. = und so weiter.

v. (vc., vcbl.) = 1) vox etc.; [2) versus (raro);] 3) vocabulum etc..
Vb., vb. (vbb.) etc. = Verbum (verba) etc..
vc., vcbl.: vid. v..
V. D. (VV. DD.) = Vir doctus (Viri docti) etc..
vd[d]. = vides[n]tur (raro; idem quod vide).
Verst. = Verstand (raro).
Vett. = Veteres etc. (raro).
וגו = וגומלר (et caetera).
vorhergeh. etc. = vorhergehend etc..
Vs. (vs. vss.) = 1) Versio etc.; 2) (vulgo) versus etc..
Vst. (coll. Verst.) = Verstand (raro).
V[.] T. etc. = Vetus Testamentum etc..
Vulg. = Interpres Vulgatus.

W. (WW.) = Wort (Worte vel Wörter).
w. = welcher etc. (raro).
WB. = Wörterbuch.
Wf. = Wolf.. (Vidd. inf. Ep.ae Interpretes.)

wg. (raro *wegg.*, vel *w.* [ut *dasw.*]) = *wegen.*

WIN. = GEORG. BENED. WINER. (*cujus in hoc libro appellantur* – 1) *Gr. i. e. Grammatik des Neu-Testamentl. Sprachidioms*: ed. 3. [ed. 4. post exemplum Comment. publice prodiit: vid. sup. PRAEFAT.]; – 2) *BRW.*, i. e. *Bibl. Real-Wörterbuch*: ed. 2. Tom. 1. Lips. 1833. [de quo lib. it. cf. sup. PRAEFAT.].

W[H]L. = CHRISTI. ABR. WAHL. (*Theol. Dresd.*, *cujus respicitur* Clavis NTi philol.: ed. II. *Lps.* 1829.).

Worts. = *Wortsinn* etc. (raro).

WTST. = JOA. JAC. WETSTENIUS. (*Vidd. inf. Ep.ae* INTERPRETES.)

Xst[en] (*X[en]*, *xstl.* etc.) = *Christ[en]*, (*christlich* etc.); inde etiam *Xtenth. Christenheit.*

Xtus etc. = *Christus* etc.

Χρός = *Χριστός.*

Xtus (xtianus, xt,) = Christus (christianus) etc.

zw. = 1) (vulgo) *swar*; 2) (raro) *zwischen.*

ZWGL. (ZWINGL.) = UDALRICUS ZWINGLIUS.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

IN EPISTOLAM

DIVI PAULI

AD PHILIPPENSES.

[illegible]

[illegible] БУЛГІ

[illegible]

[illegible]

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ[a]).

Epistolae, cujus sequitur explicatio,

I. SCRIPTOR,

PAULUS [b]) post concilium App.[orum] Hierosolymitanum (Act. 15, 1 - 30), peragratis Antiochiâ (ib. vss. 31 - 35) ut universâ Syriâ cum Ciliciâ (ib. vss. 36 - 41), porro Derbâ Lystrisque, Lycaoniae urbibus (Act. 16, 1 - 6), denique Phrygiâ, Galatiâ (ib. vss. 5. 6) et Troade (vss. 7. 8), divinitus admonitus [c]) (Act. 16, 9. 10), A.° p. Xt. η. *LII*° [d]) cum Silâ (Act. 15, 40), Timotheo (ib. 16, 1 sqq.) et Lucâ [e]) comitibus in Macedoniam profectus, et Samothracen Neapolinque (Act. 16, 11) transgressus, primâ in Philipporum urbe [de quâ vd. inf.] doctrinam evglcam docere constituit coepitque in Judaeorum *Προσευχῇ* [f]) (l. l. vss. 12. 13. 16), ubi Xtianam effecit Lydiam, *πορφυρόπωλιν* Thyatirenam, *σεβομένην τὸν θεόν* [cll. Hug. *Εἰσαγ.* I. p. 23], ab eâ deinceps hospitio exceptus (vss. 14. 15). Postea Ap.[um] servae sagae ab ipso sanatae domini, quorum sic quaestum interceperat, cum Silâ in jus rapuere, unde uterque per propagatae inter Romanos religionis illicitae causam virgis caesus et in

---

a) Cff., praeter intpres huj. ep. [vdd. inf.] ac suis locis libros *εἰσαγωγήν* in totum NT. praeeuntes - [ut Mchl. Eichhorn. Schmidt. Bertholdt. Hänlein. Hug. dWt. Guerick. Frilmoser. Schott. all., cll. JFKöhler.: *Vers. üb. d. Abfassgezeit der epp. Schrr. des NT. u. d. Apocal.*: Lps. 1830] -, h. l. in specie Walch.: *Acta P.i Philippensia ex Lcae commentariis*: Jen. 1726. Valcruse.: *De statu Philipp.ium, ad quos scripsit P., ante in*[ter] *et post conversionem*: Hafn. 1734. AntFridBüsching.: *Introductio hist. - theol. in ep. P. ad Philipp., cum Praefat. SJBaumgarten.*: Hal. 1746. Rettig.: *Quaestiones Philipp.*: Giss.. GHSchinz.: vdd. inf. intpp.. b) De quo gentium Ap.° vdd. intpp. ad Act. 9. 22, 3 sqq., libb.: GCav[ll]: *Vita P.i* (vd. inf.); Schrader[i]: *D. Ap. P.* (Lps. I. 1830. II. 1832. ctt.), et, qui recentissime eodem nomine scripsit, EdKöllner[i], ctt.. c) *Ἀπὸ τῆς θείας χάριτος κυβερνώμενος*, ut est ap. Thdt.. d) Vd. v. c. RudAnger[i] lib. De temporum in Actt. App. ratione: Lps. 1833. e) Cff. formae dictionis Lucam includentes Act. 26, 10 sqq.: *ἐζητήσαμεν.. ἡμᾶς*; contra ex eadem normâ (cll. Act. 16, 40 - 20, 6) eundem colligunt certe non cum P.° egressum esse ac fortasse (quippe illius Silaeque causâ non implicitum) mansisse Philippis.

f) [בֵּית־הַכְּנֶסֶת] '*Ummauerte od. mit Bäumen besetzte Plätze unt. freiem Himmel, zu d. gottesdienstl. Versammlgen der Juden eingerichtet; gewöhnl. an stillen, einsamen Orten, häufig am Ufer des Meeres od. der Flüsse, wg. der nöthigen Lustrationen*' [Rhw. *Einl.* p. 5]: - '*wo sich am Sabbate bes. Frauen zu versammeln u. andächtig zu sein pflegten*' [vd. Act. 16, 13] (Mts. p. 2). Vdd. Vitring. De Synag. vet. pp. 119. 217. 1109. Mangey. ad Phil. I. p. 168., Vales. ad Euseb. p. 27. (cll. Voss. ad Catull. p. 313).

vincula conjectus est [ib. vss. 16 - 24], noctu vero inter miracula liberatus et deinceps a Praetoribus duumviris non solum leniter verum etiam, quippe civitatem Romanam g) pridie istis ignoratam professus, honorifice et fere cum injuriae deprecatione nec vel inde sine fausto sanctissimorum conatuum successu dimissus (l. l. vss. 25 - 40., cll. 1 Thess. 2, 1 sq.). Inde P. Thessalonicam tetendit (Act. 17, 1 - 10), quo ei a Philippensibus subsidia missa esse vd. inf. 4, 15. 16. (cll. 2 Cor. 11, 8. 9): quo facto deinceps Beroeae (Act. 17, 10-14), Athenis (vs. 15.-18, 1), Corinthi (ib. 18, 5 - 18), Ephesi (ib. 18, 19 - 21), Caesareae et Antiochiae (18, 22. 23) versatus, per Galatiam et Phrygiam (ib.) Ephesum rediit (ib. 19, 1 sqq.) indeque post tumultum Demetrii A.° *LXII°* [vd. Rangeb. l. l.] in Macedoniam (Act. 20, 1. 2) ac sub hiemem in Achajam (ib. 20, 2). Denique anno insequenti [cll. eod. Angeb.] tertium in Macedones (ib. 20, 3 sqq.) - et vix dubie etiam iterum ad *Philippenses* - (cll. vs. 6) venit, a quibus per varia loca (Act. 20, 5 sqq. - 21, 15) Hierosolyma (21, 15 sqq.) abiit, unde captivus (A.° *LVIII°*: Ang.) Caesaream (Act. 23, 31 - 35) et (A.° *LX°* vel *LXI°*: Ang.) Romam (Act. 27, 1 - 28, 16) deductus est: ubi (cll. inf. de libelli *Loco*) in vinculis, acto inde a primâ Philipp.ium ad sacra xtiana conversione circiter decennio [auctore v. c. Eichhorn., cll. inf. de scriptionis *Tempore* et ad 4, 15 sq.], post alias [ad *Ephes.*, *Col.*, *Philem.* *) datas] epistolam hic enarratam scripsit: in cujus rei testimonium non tam (c. Mill.) faciunt ll. 2 Pt. 3, 16. Philipp. 3, 9 - 11. 14. 21., quam potius argumenta, infra ep.ae *Αὐθεντίαν* probatura.

Verum ille ipse exaratarum literularum varius a variis appellatur

II. LOCUS.

Qui fuisse dicitur —

— 1) *ROMA:* - id quod testantur - *A*) epi.ae *ἐπιφανείς* vdd. inf. 4, 23: cll. Synops. Athanas.: *Πρὸς Φιλιππησίους ἀπο-*

---

g) Eamque sic ex *Lege Poroid* 10, 9 violatam: cll. (of. perd.) Cic. prō Rabir. 4. V.Verr. 63. Sall. Cat. 51. Liv. 10, 9: 'Porcia lex sōla pro tergo civium lata videtur, quod gravi poenâ, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit'. - Add. Act. 22, 24 sqq.

*) - 'E. Meing, die den inneren Grund für sich hat, dass sich in allen dss. Briefen wesentl. Ein Grund-Typus findet. Nicht nur, dass in d. beiden ersten Brr. [Eph., Col.] Eine u. dieselbe Grundidee durchgeführt ist: es zeigt sich auch in allen d. Gemüthsstimmg des Ap. als dieselbe. Mitten unt. ss. Leiden dieselben Aeussergen der Glaubensstärke, Seelenruhe u. Freudigk.: vergessend ss. eigenen Angelegenhh. in dem Gedanken an d. Sache Xti u. der Gläubigen; einerseits d. Sehnsucht, ferner für dieselben wirken zu können; wiederum d. Ergebg in d. göttl. Willen, u. d. Zuversicht, dass dss. Bande selbst von d. Herrn der Kirche zum Gedeihen u. Frommen ders. angewendet werden würden. Hierzu kommt d. äussere Grund, dass wir in dss. Brr. noch sehr unbestimmte Nachrichten üb. P.i Lage in Rom bekommen, woraus wir uns k. bestimmtes Bild von s. Wirksamk. daselbst machen können' - rell. [Rnw. Einl. p. 12]. — Caeterum ad perspiciendam causam harum epp.arum faciunt haec Mrs.ii (p. 3 sq.): Es 'blieb der Ap. auch während s. Gefangensch. in steter Verbindg mit den aufblühenden xstll. Gemm., erhielt üb. d. Zustand ders. von Zeit zu Zeit den sichersten Nachrichten u. liess es trotz der bedrängten Lage auch von s. Seite nicht daran fehlen, d. heilsame Interesse zur Förderg des Ev. in Briefen an d. Tag zu legen, so oft ihm passende Gelegenh. dazu durch abreisende Brüder dargeboten wurde'. - Eodem cf. inf. de ep.ae *Opportunitate*.

στέλλει ἀπὸ Ῥώμης· et EUTHAL[II] (Ed. epp. Paul. in collect. Vett. Monumm. ZACAGN. pp. 547. 642): *Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἐωρακὼς αὐτοὺς ἅμα καὶ διδάξας... Ἔπειτα διηγεῖται, ὡς ἀπελογήσατο ἐν Ῥώμῃ καὶ οὗ τινες βαρεῖς αὐτῷ γεγόνασιν ἐν τοῖς δεσμοῖς φθόνον αὐτῷ κινοῦντες·* — *B) Loci* (vdd. inf. in Comm.): 1, (7.) 12 sqq. (- 17. 20. 25 - 27) 2, 17 (19 sqq.), cll. Act. 28, 16 sqq. (17. 20. 24 sq. 29), - et — *dictiones Πραιτώριον:* 1, 13 (ubi vd.); *Καῖσαρος οἰκία* *): 4, 22 (q. l. it. vd.). Unde illam sententiam plurimi amplectuntur, in quibus ER. DAVBLONDELL. (De Episcc. p. 2), GUILCAVE. (Vita P.[I] 7, 4), DODWELL. (De jure Laicor. p. 203 sq.), CLAUDFRASSEN. (Disquiss. bibll. p. 707), MILL. (Prolegg. § 68 sq.), SAL.V.TIL, SALMAS. (Apparat. ad h. ep.; De primatu Papae 41), WF. MCHL. HM. EICHH. FAGKR. BERTHOLDT. HUG. RHW. FL. DWT. MTS. all.. —

— II) *CORINTHUS:* cll. Act. 18, 1. 12 sqq.. Ita GELUDOHDER. in Progr. *De tempore et loco scriptae ep. ad Philipp.*: Onold. 1731. 4° [recus. in COLER. *Theol. Bibliothk.* V. p. 985 sqq.; cll. EJUSD. *Conjecturar. de difficilioribus SSae ll. Centuria:* Lps. 1753. 8° pp. 323 sqq.]. 'Huc fuerat, inquit, non ita multo ante Philippis delatus Ap.. Hic potuit vinculis [cf. 1, 13 al.] ad breve tempus [vdd. 1, 25 sqq. 2, 23 sq.] onerari a tumultuantibus Judaeis: nam vinctum esse [cf. 1, 13 al.], quum, narrante Lucâ, ad Gallionis tribunal actus est a Judaeis, vix potest dubitari. Hic a Gallione, viro maxime populari, et qui abegit Judaeos a tribunali, ita, ut P.[aum] legum Romm. violatarum reum ne suspicaretur quidem, et defensionem crederet supervacaneam, facile hactenus defensus est, ut per Judaeos vivere et in urbe esse liceret, adversariis autem Evglii spe sua dejectis boni audentiores fierent [vd. v. c. 1, 14]. Huc facile e vicinâ provinciâ Macedoniae submitti poterant beneficia [4, 10 sqq.], multis ultro citroque commeantibus [at vd. 2, 25]. Huc venerat e Macedoniâ cum Silâ Timotheus [1, 1. 2, 19 sqq.], qui adeo scribenti Ap.° ep.[am] [-? vd. inf. ad 2, 19 -] praesto fuit (Act. 18, 5). Hic P. non sine periculo, Judaeis quantum poterant machinantibus, bonae tamen spei plenissimus, ἡμέρας ἱκανάς, h. e. aliquamdiu post illam σύνδεξιν permansit (Act. 18, 18) [cll. v. c. 2, 23]. Hic denique et Praetorium [1, 13] fuit Procos. Gallionis ctt.. Hic in Praetorio vincula, quae P.° per injuriam injecta fuerant, cognita et improbata [1, 13 sq.] sunt. Hic Caesaris fuit sine dubio domus [4, 22] procurante vel Mellâ, vel ipso Gallione, vel alio quocunque res Neronis. Hic προκοπὴν habuerunt τὰ κατὰ Παῦλον (1, 12: negotia P.[i]). Nam, ut ne repetam, quae jam dicta sunt, Crispus Archisynagogus cum aliis multis accessit ad fidem xtianam (Act. 18, 8). Quae quum ita sint, *Corinthi* scriptam esse multo ante captivitatem Rom. ep.[am] ad Philipp., in aprico arbitror positum *h*), [- vdd. WF. CC. p. 171: maxime cll. inf. pp. V. VI.]. —

---

*) Certe sagaciora sunt quam veriora haec BERTHOLDT[I] (*Eisag.* p. 3406): Es 'sind d. WW. P.[i] nicht so, dass m. nothwendig annehmen müsste, P. habe sich selbst an d. Orte befunden, wo d. οἰκία *K.* war; denn er spricht von Personen aus d. οἰκία *K.*, u. diese können ja an e. andern Orte mit P. zusammen gewesen sein'. (Vd. inf. ad 4, 22.) *h*) Sententiam patriâ linguâ ita exposuit BERTHOLDT. l. l. p. 3407 sq.: 'Von Philippi traf P., nach kurzem Aufenthalte in Thessalonich, Beröa u. Athen [Act. 17], in Corinth ein, wo er 1½ Jahr verweilte [A. 18, 1 - 18]. In ds.[r] Stadt empfing er durch Epaphrodit. d. Geldgeschenk der Philipp., u. von da. Stadt aus sandte er dens. mit d. Briefe nach Philippi zurück. In Corinth residirte e. Proconsul; es war also in ds. Stadt ohnfehlbar e. Prätorium [1, 13], u. die ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας [4, 22], von welchen P. grüsst, waren vermuthl. ministri et famulares Caesaris, welche in Achaja, wie in allen andd. Provinzen des röm. Reichs zu finden waren [: a 'wiewohl nunmehr ds. letzte Ausdruck in solcher Bedeutg weit hergeholt u. dennoch sehr unbestimmt wäre'! MTS. p. 7 sq.]. Während ds. Aufenthalts P.[i] zu Corinth wurde er einmal von d. Juden ergriffen, gefesselt u. so vor das Tribunal des Procons. Gallion geschleppt. D. Procons. liess ihm ab. gleich wieder d. Fesseln abnehmen u. [ihn] in Freiheit setzen, u. d. ganze Sache endete damit, dass der Vorsteher der jüd.

